





Pub. 19. num. 15. 9

H

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS  
DE  
IVRE ET OFFICIO 1758, 8  
SVMMORVM IMPERII TRIBVNALIVM  
CIRCA  
**INTERPRETATIONEM**  
**LEGVM IMPERII.**

---

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO  
**GEORGIO III.**

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
FIDEI DEFENSORE  
DVCE BRVN<sup>S</sup>VICENSI ET LVNEBVRGENSI  
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

---

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI  
PRAESIDE  
**JOANNE STEPHANO PÜTTERO**

I. V. D. ET PROFESSORE IURIS PVBLICI ORDINARIO  
PRO LICENTIA SVMMOS IVRIVM HONORES CAPESSENDI  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTIT

**GEORGIVS WILHELMVS STOCK**

BRAVN<sup>S</sup>FELSA - SOLMSSENSIS,

D. XIV. OCT. C<sup>17</sup>OCCLVIII.

---



GOETTINGAE TYPIS HAGERIANIS,



DISSERTATIO INAGARATIS  
de  
IARAE ET OTTICIO  
SUMMORVM IMPERII TRIBUNALIVM  
INTERPRETATIONEM  
LEGAM IMPERII  
DOMINO  
GEORGIO I  
WONNITATE INGENII ORDINI IURIDICI  
PROTECTORI MAGNIFICO  
POTENTIORI LUXURIE DOMINO  
DOMINO  
JOANNI STIBNO FUTTERO  
PRO LICENCIIS SUMMI IMPERII HONORIS CAVESENDI  
GRADUO DISSERTATIONE EXAMINATA  
GEORGIAE MATHILDAE STOCK  
KIA. ex. GESCHÄFT  
COTTINUS TITUS HABERMANUS

## CONSPECTVS.

### Cap. I. de iure & officio iudicis circa interpretationem legum in genere.

A) Interpretatio quid sit, & quot sint eius species?

- I) In genere a) quid sit interpretatio & quatuorplex §. 1.; b) quae nam sit differentia inter iuridicam interpretationem aliasque §. 2.
- II) Speciarim iuridica interpretatio in quibus obiectis verterur §. 3. *theoretica* alia, quam *doctrinalem* vocant, alia *practica* §. 4. a) *Prior* proprius effectu iuris carer, & cuique libera est §. 5. per indirectum tamen effectum iuris forriri ideoque circumscribi potest §. 6. b) *Altera*, nemp*practica*, interpretatio maioris momenti est §. 7. in primis *authentica* §. 8.
- B) Iudici quid sit iuris & officii in genere §. 9. & speciarum circa interpretationem §. 10. sq.
- I) *Ius interpretandi leges* a) *competit iudici*, quamdiu solum partes huic fo-ro subiectae de sensu legis litigant §. 13.; b) *Non competit*, sed officium iudicis est remittendi caussam ad interpretationem authenticam 1) si iudici haud subiecti de sensu legis certant §. 14. 15. item 2) si inter plures iudices concurrentes §. 16., vel 3) inter plures collegas vnius iudicis oritur §. 17., quae per maiora decidi nequit §. 18. aut 4) si iniqua lex iudici videtur §. 19.
- II) *Consilios* vniuersitatem iudex super dubia legis interpretatione legislatorem interrogat §. 20. Sed vicissim hic illi interpretationem, saltem prouisori, relinquere potest §. 21. & saltem consilia iudicis audit §. 22.
- III) Facta authentica interpretatio a iudice obseruanda est §. 23. Sin fecus, aut si iudex eam sibi sumit; via ad legislatorum paranda §. 24. Sed evendi in hac abusus §. 25. Nec proinde omnis interpretatio vindicanda legislatori §. 26., nec ob qualemcumque dubium §. 27. Contra nec iudici permittenda est omnis interpretatio §. 28.

### Cap. II. de iure & officio summorum imperii tribunalium circa interpretationem legum imperii.

A) Quid leges imperii hac de re statuant §. 29.

- I) Sigillatim
  - a) de camera imperiali, elusque 1) decretis generalibus §. 30. 2) de S<sup>c</sup>ritis cameribus §. 31. 3) de vi prae iudiciorum camerarium §. 32.
  - 4) de dubiis cameribus §. 33.  
e quibus omnibus patet, camerae non negati posse omne ius interpretandi leges imperii §. 34.
  - b) de consilio imperiali aulico §. 35.
- II) de ambobus imperii tribunalibus in commune quid statuat
  - a) pax Westphalica? §. 36.
  - b) quid capitulatio cœfarea §. 37.

B) Ex

B) Ex cunctis iis legibus quid hodie iuris in hac re obtineat? § 38.

I) Indubium quidem est

a) saluam esse summis tribunalibus iudicariam interpretationem eorum,  
quae inter ipsas partes iis subiectas aucta sunt §. 38.

b) Veticam contra iis esse authenticam legum imperii interpretationem  
§. 39.

II) Superest autem quaestio, de qua status controversiae hic formatur §. 40.

a) An omnis legum imp. interpretatio sit vetita iudiciis imperii? Quod negatur §. 41. Nec enim derogatum est legibus pristinis §. 42., sed conciliari possunt ac debent pristinae & notiores leges §. 43. Adeoque saluum est 1) ius amborum tribunalium condendi decreta generalia §. 44.; 2) ius camerac statuendi in pleno praecidicia & SCRA §. 45.; 3) ius interpretandi leges imperii §. 46., si vel maxime partes de ea disputauerint §. 47. & si vel ad comitia provocauerint §. 48.

b) Quando opus sit interpretatione authenticā? §. 49. Respondetur: 1) si ipsis iudiciis ita viderur §. 50., in primis ob dissensum vel paritatem votorum §. 51., quum ceterum praesumtio pro iudice sit §. 52.; vel supini maxime autem 2) si interpretatio inter eos controversia, quorum lites non possunt decidi a summis tribunalibus §. 53. veluti inter caesarem & corpus statuum §. 54., vel inter ipsa ambo tribunalia §. 55. vel corpora statuum inter se inuicem §. 56., praesertim inter corpus euangelicorum & catholicorum §. 57. qui casus omnes remittendi ad interpretationem authenticā §. 58.


c) A quoniam facienda interpretatio authenticā? Resp. non a solo caesare §. 59. sed a caesare & imperio §. 60., nonnumquam solo electorum consensu §. 61.; vel consensu collegiorum imperii amborumue corporum inter se §. 62.; nonnumquam exteris quoque adhibitis §. 63.

d) Quid interim iuris, donec fiat interpretatio authenticā? §. 64.

e) Quis effectus sit interpretationis semel factae? §. 65. 1) Authenticā interpretatio semper obseruanda a summis tribunalibus §. 66. 2) Interpretatio, que sit a iudiciis imperii, ius inter partes efficit §. 67., si vel erronea fuerit §. 68., nisi adhibeantur remedia restitutionis vel revisionis §. 69. Recursus ad comitia indistincte non admittendus §. 70., nisi falsa interpretatio sine causae cognitione liqueat §. 71., vel plane interpretatio fiat iudicis non competens §. 72., & catenus quoque in dubiis juris quaestionebus §. 73.

III) Optatur noua lex rem curatiis deficiens §. 74.

CAP.



DE

IVRE ET OFFICIO IUDICIS CIRCA  
INTERPRETATIONEM LEGVM  
IN GENERE.



Quantumuis in summis, quibus natura genus huma-  
num donavit, beneficiis hoc sit, vt, *quae cogi-* Necessitas  
interpretationis,  
*tet ac declarare alteri velit, adeoque MENTEM*  
*suam verbis homo homini explicare possit; ta-*  
*men haud ita adaequate id fieri semper potest, vt, quae*  
*mens auctori sermonis fuerit, numquam dubitare liceat.*  
*Quapropter in negotiis humanis, quae sermone sive coram,*  
*sive litteris tractantur, nil frequentius necesse est, quam*  
*definire, quaenam mens respondeat verbis, i. e. INTER-*  
*PRETARI.*

A

\*I. Vix

2 CAP. I DE IURE ET OFFICIO IUDICIS

\* I. Vix opus erit e primis principiis repeteret DECLARATI-  
VAM esse INTERPRETATIONEM, si quā verba cum mente plane  
conuenient, hāc nec laxiora, nec striciora; sī securi, mox RE-  
STRICTIVAM, mox EXTENSIVAM adhiberi; sive GRAMMA-  
TICAM iterum aut mēre VERBĀLEM, quatenus mens verborum  
solum aliis verbis aequipollentibus aliqua lingua exponitur, sive REA-  
LEM; quatenus ex ipsis rerum argumentis e pluribus, quem verba  
admitterent, euincitur vñus eorum sensus.

\* II. Neque magis opus erit monere, tum quando verbis plus  
vna mente tribui potest, vnicam tamen esse VERAM, IVSTAM in-  
terpretationem, eamque vel plane CERTAM, alias SPVRIAS, ER-  
RONEAS, INIVSTAS; vel saltem PROBABLEM vnam, reli-  
quas IMPROBABLES cet.

§. 2.

A lis maxime, qui in definiendis, diiudicandis, defenden-  
dis iuribus hominum atque obligationibus versantur, num-  
quam fere non est configiendum ad interpretationem. Si-  
ue enim consideres normas iurium generales, leges nem-  
pe; sive speciales, quibus iura singulorum constituuntur,  
dispositiones, pacta, testamenta, priuilegia, resue iudica-  
tas; sive demum, quae ad probanda facta persequendi iu-  
ris caussa proferuntur, testimoniū dicta, instrumenta & vel  
iuriumiurandorum formulas; cuncta in verbis consistunt  
seu scriptis seu coram pronunciatis, quōrum nisi iusta fiat  
interpretatio, certe nec iusste definiri possunt iura, de quib-  
us agitur. Eaque omnis INTERPRETATIO IVRI-  
DICA, quae fit definiendi iuris caussa, adposité distinguitur  
ab HISTORICA, THEOLOGICA cet., vbi de eruen-  
da veritate historica, dogmatica, &c, si qua est alia, alia-  
que plane mente quaeritur.

§. 3.

et usque va-  
riæ species. IURIDICA INTERPRETATIO vel in veritatem fa-  
ctis ex testimoniis scriptisue rerum documentis inquirit,  
vel

*vel ius & obligationem aut e lege generali, aut e norma speciali definit.* PRIOR maxime cum interpretatione *historica* conuenit, & iisdem cum illa regulis vitur. ALTERA iurisconsultis plane propria interpretatio fontes normasque iurium & obligationum indagat, quae omnes *vel plurimum pactio consensu seu conventione, vel voluntate unius* nituntur, *veluti quod posterius in legibus, priuilegiis, sententiis, testamentis, obtinet;* ita tamen ut ad idem hoc genus referri etiam debeant, quae a pluribus profluent, qui tamquam una persona considerati id egerunt, *veluti si* quod corpus vel collegium potestatem legislatoriam sive iudicariam exercet, sicuti vicissim ad priorem speciem pertinent, quae per modum pacti sunt, *leges ciuitatum fundamentales, &c.,* qua inter principem ac priuilegiatum spectantur, *priuilegia.*

\* I. In iis, quae declaratione unius nituntur, omnino optimus quisque verborum suorum *interpretes* est. In conventionibus certe non ita. Prouti enim tu mecum contrahens mentem verbis mihi declaras; ita e verbis mentem accipiendi mihi ius est. Hic contra eum, qui clarius loqui debuisset, saepe iusta sit interpretatio; & quae sunt aliae id genus interpretandi regulae, quas, quia solet, philosophica soliditate satisque ample prosequitur Christianus L. B. de WOLFE iuris naturae part. 6. cap. 3. p. 318. sq.

\* II. Majore cum elegantia & insigni cum eruditione eumdem hunc campum introgressus est B. Christianus Henricus ECKHARDVS hermeneutico*rum iuris* libris duobus (leni 1750. 8.), quos non sine plausu iure meritoque legerunt rerum periti. At neendum tamen interpretandarum legum Romanarum reliquorumque iurium regulis absoluta videtur iuris hermeneutica. Quam si quis omnibus absolue numeris vellet, generales prius regulae de diuersa testimonii historici fontisque iurium unius in voluntate plurimum cōsensu consistentis interpretatione stabilidiae forent, deinde singulis capitibus desinendae regulae interpretandi leges tum priuatas ciui-

les, tum fundamentales publicas, porro pacta, transactiones, contractus, priuilegia, iudicata, testamenta reliq.

\* III. Sed lubentes aliis hanc relinquimus spartam, non de omni iuridica, sed speciatim de legum, interpretatione, nec de regulis, sed de iure interpretandi leges solliciti, freti aliqua spe nec hic oleum operamque perditum iri.

#### §. 4.

Legum interpretatio theoretica alia, alia practica.

Leges interpretandi munus speciale est cuiuscumque iurisconsulti, quatenus in legitima iuris scientia e legibus eruenda, addiscenda, docenda, commentariis illustranda versatur. Quae intra theoriae seu veritatum generalium indagandarum limites subsistens THEORETICA seu DOCTRINALIS INTERPRETATIO longe diuersa est a PRACTICA, quae fit juris in singulis casibus definiendi gratia, alioque iterum & animo & effectu a cauſarum patrone, qui pro defendenda cauſa fibi commissa interpretationem, quae eidem conducit, demonstrare adnititur; alio ab iis, qui de iure respondent, qui similiter interpretationem, cui responsionem suam vel consilium superstrunt, rationibus suffultam proponunt; alio a iudice, qui, dum interpretationem aliquam iustum statuit, & ex ea sententiam fert, re iudicata ius inter partes efficit; alio denique a legislatore, qui, dum dubium legis sensum noua lege definit, interpretando legem fert. Quae postrema dicitur AUTHENTICA INTERPRETATIO, vti similis ei, optima legum interpres, consuetudo INTERPRETATIONEM VSVALEM efficere potest.

\* I. Nobis saltem iustior haec videtur variarum interpretationis specierum distributio, quam quae vulgo proponitur triplicis modo interpretationis doctrinalis, vivaſis & authenticae diuifio. Curatius enim tum personas, quae interpretandi sparta funguntur, tum animum & effectum, quo interpretantur, distinguere oportet.

\* II. Si

\* II. Si ad id quoque, de cuius interpretatione agitur, aduertas animum; adhaec obseruabis, theoreticam interpretationem vix ultra leges vniquam progreedi, quum practicae contra obiectum mox lex sit, mox pactum, mox priuilegium, testamentum cet.

\* III. Quin si qualitatem etiam personae contempleris, qua induiti sunt, qui interpretandi munus subeunt; PUBLICA erit aliorum INTERPRETATIO, quae sibi ab iis, qui auctoritate publica hoc officii habent, veluti iudices, collegia Ictorum publica, & vel ipse legislator; PRIVATA reliquorum. Ut taceamus, PUBLICAM quoque alio sensu posse dici, quae in negotiis versatur publicis, iuris nempe gentium vel publici; PRIVATAM, quae in negotiis priuatis.

### §. 5.

THEORETICA, aut si maius, doctrinalis, & quaecumque priuato ausu fit, legum interpretatio minoris eatenus momenti est, qua effectum iuris species, qui certe propria vi ac directe tali nulli inest, quum nemini nec tribuere nec adimere quidquam iuris possit, nec vel sexcentorum inter pretum opinione iudex vel legislator impediatur, quo minus, si res ita fert, contrarium statuat. Nec reuera tam ius dici potest interpretandi sic leges, quam libertas naturalis, qua quisque Ictus, immo quisque priuatus vtitur. Haec autem tolli vix omnino potest, quandoquidem non solum libertas sentiendi, legum vinculi nescia, sed & natura rei, quae leges a ciuibus obseruari, a Ictis legitima scientia tractari vult, quod utrumque legum sine interpretatione fieri nequit, illud haud admittit.

### §. 6.

At per indirectum tamen doctrinalis illa seu theoretica per & priuata interpretatio hunc sortiri effectum potest, vt consensu interpretum induiti, aut e subselliis ad tribunalium uecti eorum doctrinis imburi iudices ministriue principum inter-

interpretationem eiusmodi in iudicando ferendaue noua lege adoptent; vt haud difficilem adeo opiniones ICtorum, non semper aequae irrefragabiles, e scholis in foro saepe viam inueniant. Vnde non a re alienum est, si qua interpretatione erronea damnosaque praemetitur, legibus eam praecaueri, adeoque & naturalem istam interpretandi libertatem praecidi eatenus.

\* I. Iustissime sic e. g. occurrere studuit corpus evangelicorum peruersae pacis Westphalicae de iure reformandi & simultaneo interpretatione (a), & verissime idem corpus alia occasione docuit periculum peruersarum eiusmodi doctrinarum (b), quas non sine ratione iam pax Westphalica caueri seuere voluit (c).

(a) Vide conclusum corp. euang. d. 22. Dec. 1719. " die Schrift sub rubrica: *Unground des finalitate auf die hohe Schulen und Academien zu senden, und denselben nachdrücklich anzusuchen, daß sie nach solcher aus den Reichs-Sagungen genommenen Regel ihre Lehren und principia einrichten, und darnach sich achten sollen.*" Schawroths Samml. vom corp. euang. tom. 2. p. 587. sq.

(b) Ita corpus evangelicorum in scripto P. M. d. 16. Apr. 1729. wegen der unter dem Jesuiten Huth zu Heidelberg gehaltenen Dissertation: wie "vor Deutschland nicht leichtlich etwas perniciöser eracht werden könnte, als wenn der studierenden Jugend solche Reichsconstitutions-widrige principia, gleich einem heimlichen mit der Zeit, wenn sie zu öffentlichen Atemen gelangen, erst recht ausbrechenden Gifte beigebracht würden" n. Schawroth l. c. p. 33.

(c) I.P.O. art. 5. §. 50.: "Vtiusque religionis magistratus seuere & rigorose prohibeat, ne quisquam publice priuatimue concionando, dispensando, scribendo, confidendo, transactionem Passauensem, pacem religiosim, vel hanc in primis sive declarationem sive transactionem vspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur."

\* II. Alius pariter non plane iniustus metus, fore, vt incerta reddatur mole librorum iurisprudentia, legistatorem mouere potest ad vetandum commentarior, notas, paratitla, verbo interpretum priuatim operas. Sed num simili successu, an ex altera parte malum haud minus, ignorantia legum, metui debeat, alii videant.

§. 7.

§. 7.

PRACTICA, si vel a usu priuato fit, INTERPRETATIO, veluti quam aduocati, vel qui de iure respondent, litigatoribus suadent, in eo maioris, quam mere theoretica, est praeiudicij, quoniam ii, qui eorum consilio freti, causas ad iudicia deferunt, facile temerariae litis in anfractus seducuntur. Nec sane laudanda est multorum indistincte in fauorem quaerentium de iure respondendi tuendique adeo qualescumque legum interpretationes facilis. At vero imputent sibi, qui tales consultores adsestantur. Et, quod ad aduocatos attinet, Deo gratias in promtu est bono iudici coercendi, si qui sunt, togatos vultures, &, si quam detimento veritatis & iustitiae exercent, interpretandi libidinem,

§. 8.

In reliquis, quae auctoritate publica fiunt, practicae interpretationis speciebus grauissima est, quae fit a legislatore, AVTHENTICA INTERPRETATIO. Etiam si enim legislatoris non tam sit interpretari, quam ferre leges, quae semel rite conditae promulgataeque aliis potius interpretandae adplicandaeque relinquuntur; fierit tamen omnino potest, ut princeps legem vel a se vel ab antecessore quondam latam, ob ambiguitatem verborum, sensumque duplicum non sine incertitudine iuris iis tributum, seu sponte, seu rogatus declaret. Et quamvis eadem huius declarationis, quae nouae legis, sit ratio, tum quod ad modum condendi, promulgandi legem, tum quod ad vim eius obligandi attinet; tamen inter declaratoriam aliquam plane nouam legem ex ipsa rei indole sat perspicuum intercedit discrimen; licet alio sensu nouae legis appellationem authentica ista interpretatio tum praeferit mereri possit, si quando

## 8. CAP. I DE IURE ET OFFICIO IUDICIS

quando prior lex adeo ambigua, vt aequa ac nulla, fuisse  
set, adeoque lex priorem interpretata deum lex cum ef-  
fectu esse incipiat.

## §. 9.

Officium iu-  
dicis aliud,  
quam legis-  
latoris,

Sed quodnam denique *iudicium* erit interpretandi ius  
& officium? Officium sane iudicis in eo generatim longe  
distant a potestate principis legislatoris, quod hic normis  
iurium & obligationum generalibus occupetur sine specia-  
li huius illiusne ciuis respectu condendis ac promulgandis,  
isque obsequium respondeat, quaqua limites rangunt  
reipublicae; quum iudicis contra potestas se non extendat  
ultra limites cuiusque iurisdictioni positos, eaque non in  
normis versetur generalibus, sed in singulis singulorum  
ciuium caussis iudiciariis, quae omnes eo tendunt, vt le-  
gibus ad factum casumue praesentem applicatis iudex, v-  
trum ei, qui ius in rem seu personam persequitur, hoc ius  
sit, an exceptionibus forsitan elatum, auditis ac perpensis  
triusque partis rationibus disquirat, &, si res ita fert, aut  
absolutum reum, aut condemnatum ad satisfaciendum obli-  
gationi suae adigat.

## §. 10.

versatur ta-  
men etiam in  
interpreta-  
tione,

Enimuero & ipsae facti controueriae dirimi non pos-  
sunt, nisi instrumenta testimonia dicta, quorum fide, qui  
facta allegat, nititur, vel iurisiurandi aliae, e quibus con-  
fessionem aduersarii elicit, verba, iusta cum interpretatione  
ponderentur, & specialia, quae a litigantibus proferuntur,  
*iurium & obligationum fundamenta, testamenta nimirum,*  
*acta, pruilegia* cet. semper ea mente sunt inspicienda,  
vt adpareat, an talem, quallem pro tuendo iure suo conten-  
dunt litigantes, admittant interpretationem, nec ne; &  
leges denique interpretari prius quam applicare necesse est;

Adeo

Adeo, vt, quaquamversus intuearis officium iudicis, hoc defineret certe, si potestatem interpretandi admere iudici velles.

Nec, quamdiu certa & circa probabilem modo dubi- vel eorum tationem est posita interpretatio, quam iudex adhibet, ei quoque quisquam facile hanc potestatem disputabit. Sed quid si dubia, si controversa, si utrinque perinde probabilis in foro disceptetur interpretatio? Nec tunc profecto iudici, qui generatim iure dirimendi lites sui fori munitus est, dengari poterit ius decidendi lites, quae etiam de intellectu documenti, testimonii, iurisjurandi, confessionis, testamenti, pacti, similiisque inter litigatores huic foro subiectos controversiantur.

\* I Decidi enim etiam hae controversiae debent, nisi infinitas velis indecisas manere lites; id quod primo & ultimo repugnaret omnis rci iudicariae fini. Sed nisi iudex has lites dirimeret, ecquis alius? Legislator forte, ipse princeps, summum eius consistorium? Eo ipso ager, quae sunt iudicis; eo ipso fiet eritque iudex; eo ipso itaque iudex interpretabitur, legislator nempe qua iudex, non in sua ipsius qualitate propria. At heu quae munerum publicorum, quae iurium imperii ciuilis inde turbae! Summa nempe imis vix magis umquam misceri possunt, quam simulacra limitibus potestatis legislatoria vagari permittatur in officium iudicis. Eheu rem iudicariam, quae e manibus iudicis causas litigorum controversias in arbitrium principis eiusque ministeriorum, qui non iustitiae, sed consilii politici causa constituti sunt, (ad cabinetum, aiunt passim) torqueri patitur, cursuque iustitiae rescriptis principum interrumpi & a tramite suo auerti.

\* II Sane omnis, si rem penitus consideres, *controversia*, quae solum inter eos vertitur, qui in iudicio causam agunt, & qui proinde adstricti sunt decisioni, quam iudex ille suus pronunciat, non potest non ab hoc iure devidi. In eo ipso enim versatur omne iudicis officium, vt in causis in foro competente ad se delatis decidat

## 10 CAP. I. DE IVRE ET OFFICIO IUDICIS

omnes & quascumque litigantium controversias in lite pendente disceptatas. Qui saltem decisioni vterque litigator debet obsequium, siquidem & actor, quem forum rei sequi oportuit, licet vel maxime alias huic foro non subiectus, tamen iudicio, vbi causa pendet, parendi necessitate stringitur. Neque igitur exedit index officii limites, quamdui nihil aliud decidit, quam quod in suo foro in causa pendente inter eos, quorum interest, disputatur, & quamdui adeo de neminis alterius, quam de ipsorum illorum litigantium, agitur iuribus & obligationibus.

\* III. Maneant itaque iudici, vti ius & fas est, etiam eae causae, in quibus litigatores in ancipitem probationum specialiumque iura sua defensionis dispositionum interpretationem incident. Et quis quaeso proprio iure eximeret a iudicis potestate hasce causas, quibus ademis vix quidquam iudici residuum permaneret? Sufficit, a iudice, quem peritum, circumspiculum & a partium studiis remotum sperare fas est, quoad eius pro imbecillitate rerum humanarum fieri potest, iustius saltem, quam a quo quis alio, iustius, sit venia verbis, quam ab ipso principe, non aequa rerum harum perito, exspectari posse iudicium item dirimens; quum audiri saltem sua cuiusque argumenta, eaque a viris harum rerum peritis consuetisque, & graui ad haec sacramento adstricatis, ponderari, considerare bene ordinatae rei iudiciae vterque litigator possit.

\* IV. Sed fac demum, *erroneam minusque probabilem & iniuriam amplecti iudicem interpretationem*. Fac, culpa, fac, dolo eum peccare. Idem hic, quod in cunctis aliis casibus, quibus male iudicatum litigantes rentur, his *remedium* quaeri debet. Appellent grauati; revisionem actorum petant; item suam fecisse iudicem, syndicatu agant, &, si qua alia legibus remedia dentur, adhibeant. Sed in supremo tamen foro tandem aliquando, ne lites immortales fiant, pes litigatori figendus est. Et tunc sane nil supereft, quam, quod verissimum tamen, reipublicae interesse, ut unus alterue cuius potius iniusta sententia detrimentum capiat, quam lites immortales fieri; idque vel maxime in iis causis, quarum decisio, sive in unam, sive in alteram partem fiat, semper dubia nititur interpretatione, nisi forte tunc ad transigendum pro dimidia parte vtrumque

litig-

CIRCA INTERPRETAT. LEGVM IN GENERE. II

litigatorem adigi malueris cum noua quadam, ni fallimur, lege,  
de cuius tamen successu nobis nequidem satis constat.

§. 12.

Quid vero, si id, de cuius interpretatione agitur, non Nec leges ab  
in dispositione seu conuentione consistit, quae ipsa litiga-interpretati-  
torum voluntate seu consensu nititur, sed in *lege, priuile-*  
*gio* aliae norma *a superiore*, ab ipso principe legislatore  
& partibus & ipsi iudici omnibusque subditis *praescripta?*  
Nonne hic generatim manus judici ligatas statues, qui, si  
iustus eorum, quae ab inferioribus oriuntur, non perinde  
legitimus eorum, quae a superioribus, interpres erit? Nonne  
merito igitur omnes eiusmodi caussas ad principem fon-  
tem harum rerum, optimumque & vel solum verborum  
suorum interpretem, remittendas esse, natura rei vrg-  
bit? Sic sane primo obtutu nemini fere non videbitur.  
Nec mirandum proinde, vnanimi fere omnium sententia  
hic contendi necessitatem interpretationis authenticae, clama-  
ri nefas vbique, si qua sententia pronunciatur, qua cum  
ipsa caussa deciditur interpretatio legis inter partes litigan-  
tes disceptata.

§. 13.

Attramen nondum omnino conclamata res est, nec si quoadiu fo-  
ne distinctione iusta huius quaestioni decisio ferri poterit. lumen fo-  
rum partes  
Quandiu enim etiam *legis* vel *priuilegit* super intellectu in huic foro  
causa quadam pendente solum inter eos disputatur, qui in ea litigant.  
ista caussa in foro competente litigant; tam diu certe ma-  
net generalis ista ratio, quae iudici tribuit *ius decidendi* o-  
mnes & quascunque controuersias, quae inter partes ver-  
fantur, quarum coram iudice illo competens forum est.  
Namque nec contraria adest ratio, quae forte interpretan-  
di facultate in genere iudicem priuet, nec leges aliaeue a

superioribus oriundae normae ab eadem hac facultate in vniuersum eximi possunt, quum sua natura potius omne iudicis officium in interpretandis applicandisque versetur legibus aliisue similibus normis.

Sin iudiciis  
hand subiecti  
de sensu legis  
certant;

Enimuero tunc demum cessat haec ratio, si qua interpretatione legis non inter ipsas solum partes in foro litigantes disceptatur, sed inter eos etiam, qui potestati iudicis non sunt subiecti, arque ira quidem, ut nec causa illa particularis decidi rite possit, nisi decidatur simul controuersia, quae de interpretatione agitur inter eos etiam, qui non sub potestate iudicis sunt. Haec enim contraria ratio generalis eaque iustissima est, cui cedere iure meritoque debent, quae ex altera generali officii iudicis ratione evincuntur, siquidem ipso illi limites, quibus sua natura circumscriptum est omnime iudicis officium, id postulant.

### §. 14.

remittenda  
causa ad in-  
terpretatio-  
nem authen-  
ticam;

Quodsi itaque in aristocracia finges senatum legislatorum aliumque praetorem iudicem, & in illo ipso senatu interpretationem legis controuersis agitari opinionibus; siue monarchiam tibi repraesentes, in qua *princeps atque ordines regni*, potestatis legislatoriae participes, vel hi etiam vniuersi inter se discordes super interpretatione eiusmodi dispurent; tunc sane iudex suae potestatis fines longe excederet, si vel in causa speciali decisionem ferre vellet, quae fieri non poterat, nisi decisiva simul controuersia, quae eadem de re inter senatores ordinesue sibi non subiectos, sed vel superiores se, ventilatur. Potius in tali casu nil iudici supereft, quam ut respectet prius sumpitam illam ipsorum procerum controuersiam, latamque, quae tunc omnino

### §. 15.

mnino opus est, ab ipso legislatore authenticam interpretationem; ad quam proinde remittenda caussa, eamque ut vel vrgeant, vel patienter exspectent, iniungendum litigatoribus.

\* I. Etenim reapse tunc perinde est, *as si nulla esset lex*, de cuius sensu inter ipsos eos, qui tulerunt legem, vel qui ferendarum legum potestatem habent, non constat. *Tali autem controuersiae ipse iudex imponere finem nequit*, quippe quae inter eos agitur, qui non sunt eius potestati subjecti, quorumque aileo lites non habet ius dirimendi. Ergo desinit iudicis officium. Quamque desiciente lege reuera deficiat quoque ius & obligatio; siccirco nec iudex amplius caussam, cuius decisio legem exigeret, decidere, nec quisquam ius agendi sine lege contendere potest. Adeoque reapse tunc, donec interpretatio authentica, i. e. noua lex fiat, nihil agitur.

\* II. Quemadmodum vero *nil tam naturale est, quam eodem modo quidquam dissoluti, quo colligatum erat*; ita res ipsa docet, non solum legem fundamentalem, per modum pacti inter principem & populum ordinес imitam, non ali ratione, quam eodem *pactum consensu*, sed etiam *aliam quamcumque legem in ciuitate, cuius proceres legislatoriam potestatem participant, non nisi procerum horum consensu mutari*, adeoque nec interpretatione authentica dubium talis legis sensum declarari posse. Vtique casu soli principis voluntas interpretationi authenticae non sufficit (a).

(a) Strübe von Regierungs- und Justiz-Sachen sect. 2. §. 8, not. c. p. 62.: "Alles, was — von der Stände Concurrenz gesagt worden, findet auch althir (von der interpretation authentica) Platz. Insbesondere also mag ein Fürst summt seiner Regierung die Landtags-Abschide und andere Verträge nicht zu der Stände und Unterthanen Nachtheil willkürlich auslegen, weil er keinesweges befugt, ihnen ihr erlangtes Recht zu entziehen, und wider die errichteten pacta zu handeln, welche sowohl den größten König, als den geringsten Bauern verbinden".

### §. 16.

Non multum aliter res se habet, si quis ipse iudex habet alium iudicem concurrentem, cum quo ei de interpretatione

tione certae legis & de iure quodam inde pendente intercedit *controvergia*. Namque nec tunc suus ipsius alteruter iudex esse potest, sed utrumque decisionem aut superioris iudicis, aut, si superior amplius non est, ab ipso principe, seu interpretationem authenticam exspectare oportet.

## §. 17.

vel in ipso quodam iudi-  
cio lis oritur, Sin ipso iudicis officio funguntur plures personae in collegio administranda iustitiae causa coniunctae, iisque discordibus praescripta est norma statuendi in dissensu collegarum, quae maioribus numero suffragiis aut praefidi forte iure voti decisiui munito placeuerunt; solus iste collegarum dissensus nec in iis casibus, vbi diuersam de interpretatione legis sententiam fouent, impedimento est, quo minus & hic e pluribus suffragiis aut voto, si quod est, decisio sententia feratur.

## §. 18.

quae perma-  
atoria decidi  
nequit; Attamen fieri potest, vt generatim hunc casum, quo super interpretatione legum dissensus in collegio oritur, a iure maiorum suffragiorum votive decisiui *leges eximant*, caussamque talen semper principi remitti iubeant. Quin fieri etiam potest, vt, deficiente vel impedito voto deciso, *paritas votorum* existat impediens, quo minus in ipso collegio decisiio fieri queat. Et in utroque hoc casu causam similiter ad interpretationem authenticam a solo legislatore exspectandam qualificari, ecquis dubitabit?

## §. 19.

vel si iniqua lex iudicii videatur. Deinde si quia *lex dura* videatur iudicii aut iniqua, omnino iusto maiorem sibi sumeret potestatem, si sub praetextu mitioris interpretationis sensum legi contrarium statuere

tuere vellet. Hac enim nulla facilior cogitari posset introducenda aequitatis cerebrinae, sed summae simul iurium incertitudinis via. Neque iudicis est dijudicare legum aequitatem vel iniquitatem, sed interpretari eas iustis rationibus & adplicare. Ad summum tunc, ut de opinione sua iniquitatis in lege latentis legislatorem certiorem reddat, & ab eo vel duritiei emendationem vel euidentiorem legis explanationem exspectet, officio iudicis conuenit (a).

(a) Ioh. VOET *comm. ad D. lib. 1. tit. 3. §. 23.* tom. 1. p. 21.

### §. 20.

Immo vniuerso etiam tum, quando iuris necessitas iudicem, vt caussam principi remittat, haud vrget, tamen <sup>iudex semper interrogat legislatorem,</sup> *consultius omnino* per frequenter esse potest, vt grauiori quadam enata dubitatione circa legis interpretationem principem potius re adhuc *intervoget*, quam *ancipi*ti ausu tam arduae rei decisionem sibi sumat; maxime, si de promta legislatoris responsione non est, quod dubitet, & si, quod magis est, legislatori subsidia in promtu esse constat, quorum auxilio facilius feliciusque interpretatio legis fieri potest, veluti si forte nuper adhuc condita, adeoque recens rei memoria fuerit, vel si acta, quae legi ansam praebuerunt, eique illustrandae summopere conducunt, non iudicii, sed legislatoris in manibus fuerint (a), & quae sunt reliqua.

(a) Strubben *Nebenstunden* tom. 3. p. 75. §. 10.: "Die interpretatio authentica findet in besonderen Fällen nur alsdenn Platz, wenn der Richter sich außer Stand befindet, den wahren Sinn des Gesetzes zu erforschen, und der Gesetzgeber davon besser unterrichtet ist, weil er entweder selbst das Gesetz gemacht hat, oder aus demjenigen, was bei dessen Auffassung von den Vorschriften verhandelt worden, ihre eigentliche Absicht erkennen kann. Gehler es an beiden, alsdenn irret derselbe eben so leicht, wie die Richter".

### §. 21.

## §. 21.

Vicissim le-  
gislator iudi-  
ci interpreta-  
tionem relin-

Sed eadem ratione *vicissim legislator*, si promptam iu-  
dici responcionem promittere nequit, & si proinde damno-  
sa litium protelatio metuenda foret, atque maxime, si nec  
quere potest, ipsi alia iustae interpretationis remedia, quam iudici, in  
promptu sunt (a), vel ipsi iudici potest conferre authenticae  
interpretationis, & vel ipsius potestatis legislatoriae speciem  
provisoriā, adeo ut certis saltem casibus, certoque mo-  
do, donec ab ipso legislatore contrarium statuatur, sum-  
mo iure tunc iudex interpretari legem possit.

(a) Reste monet ill. Strenze in Nebensund. part. 3. p. 76., merito  
legislatores relinquere iudicis interpretationem. "wenn in besonderen Fällen  
die Frage von dem Sinn solcher, vornehmlich älterer Gesetze entscheide, die auch  
sie nicht anders, als nach denen jedermann bekannten Regeln der Auslegung  
ausführig machen können"; & porro p. 76.: "Sobald heilsam wäre es, wenn  
die Erkenntnisse der Gerichte, auch in denjenigen Fällen, welche nur einiger-  
maßen zweifelhaft sind, von der Landes-Obrigkeit bestätigt würden, und also  
die Kraft eines Gesetzes erhielten".

## §. 22.

eiusque fal-  
tem consilia

Similiter si quam ipse legislator sibi vindicat legis in-  
terpretationem, ut plurimum non a re alienum erit, ut *iu-  
dicem*, pluribus iam casibus de vera rei indole experientia  
edoctum, interroget prius, eiusque consilium audit, quam  
authenticam statuat interpretationem, quam probe oportet  
meminisse nouam legem esse, nec vni imposterum, sed  
cunctis ciuibis ius fasque efficere, nisi indies iterum mu-  
tari leges velis, quod an prudentem deceat legislatorem,  
mox quisque perspectum habebit.

## §. 23.

Facta au-  
thentica in-  
terpretatio a  
iulice obser-  
uanda.

Qualitercumque vero *authentica interpretatio* a legis-  
latore *semel facta* fuerit; hoc certum & indubitatum est, iu-  
dicem deinde illa aequa ac noua lege stringi, adeoque in  
poste-

posterum nullo amplius modo aliam legis, quam authenticam illam, sequi & adoptare posse, quum contra *iudicaria interpretatio* ius quidem inter partes efficiat, sed futuris casibus non det legem, nisi qua *vis praeiudiciorum*, incerta tamen & mutabilis, hunc effectum habeat. Vnde vel hanc ob rem in dubiis casibus authenticam interpretationem saepius peti, saepiusque fieri satius est (a).

(a) Exquisitissimum hic quadrat ratiocinum in Struben Mebenstund. part. 3. p. 73. sq.: "Die Gerichte sind schuldig, der Auslegung des Gesetzes gemäß zu erkennen. Es sollten dergleichen Auslegungen billig öfters ertheilet werden. Denn nur des Gesetzes ebers, nicht aber der Richter Entscheidung macht zugleich allem künftigen Streit ein Ende. In den Gerichten verwirft man vielfältig die Meinungen, welche von den Vorfahren gehülligt sind. Dadurch wird das Recht überaus ungewiss, und die Processe gehäuft. Öfters können sich die geschicktesten Männer über den Verstand der Gerichte nicht vereinen. Solchenfalls hoffen beide Parteien immer des Richters Bevoll zu erlangen, und lassen es nicht ohne Ursache auf einen Proces ankommen, welcher unterbliebe, wenn der Landesherr den Streit geschlichtet hätte, wie sie erkennen sollen".

\* Sed num ad praeterita etiam trahi poterit interpretatio authentica? Quae quidem ordinarie nullius legis vis est (b), verum de interpretatione authentica contenditur, adeo ut & in caussis pendentibus ac praeteritis adhuc effectum sortiri possit, quum non tam noui quid lege noua iniungatur, quam dubiae modo legis anteriores interpretatio fiat (c). At simulac tamen reuera noui quid statuitur, vel plane, si sub praetextu interpretationis authenticae iuri quaesito anteriori detrimentum immincat; aliud statuendum videatur (d).

(b) L. 7. C. de legib.

(c) Ioh. VOET comm. ad D. lib. 1. tit. 3. §. 17. tom. 1. p. 20. Iust. Henn. BOEHMER consult. Et decif. tom. 3. part. 3. resp. 766. n. 14. sq. p. 721.

(d) Strube von Reg. und Justizi. Sect. 4. §. 27. p. 180., und Mebenstund. part. 3. p. 78. §. 12.

## §. 24.

Sin securus, index coercen-  
dus.

Fac autem, contra haec omnia iudicem aut *adrogare*  
*sibi potestatem* in interpretanda lege maiorem, quam quae ei  
comissa est, aut *fusque deque habere interpretationem a*  
*legislatore praescriptam*. Tunc sane, qua ultra limites de-  
mandatae sibi potestatis quidquam agit, non agit iure qua  
iudex, i. e. *ipso iure nulla agit*, & qua manifestum est,  
eum posthabere leges sibi praescriptas de his obseruandis  
moneri, corrigi & in ordinem redigi potest, neque solum,  
quod quidem nullo modo dubitandum, a iudice, si quis  
est, superiore, exhibitis eam in rem praescriptis lege re-  
mediis, sed *vel ab ipso* demum *legislatore*, si supremus iu-  
dex in censum venit.

## §. 25.

Cauendus ta-  
men abusus  
viae a judice  
ad legislato-

primum iudicem, in primis supremum, non e voto iudi-  
caturum suspicantur, nihil magis curae cordique esse so-  
leat, quam vt sententiam non placentem adhuc impugnan-  
di qualecumque sibi viam aperiant, eamque saepe faci-  
liorem in ipsius principis aditu eiusue consistorio, quam in  
iudiciis optime ordinatis sperent (a); huic vnico *abusui*  
*cavendum* est, vt ne sub *praetextu interpretationis authen-*  
*tiae ferendae causae mere iudicariae intempestive pessi-*  
*moque praiejudicio e iudicaria ad legislatoriam trahantur*  
*potestatem*. Quia in re sola haec videtur iusta esse norma,  
vt, num iudex intra limites suae potestatis se continuerit,  
nec ne, *sola ex sententia eius cum lege comparata, sine o-*  
*mni disquisitione facti*, quae semper iudicaria, numquam  
legislatoris est, clare perspici queat; praeterquam quod  
*nec quaelibet a litigatore vel adiuvato quodam contra le-*  
*gis sensum a iudice adoptatum mota dubitatio authenticam*  
*inter-*

*interpretationem reddat necessariam, sed talis solum controve-*  
*rsia, quae inter eos, qui iudici non subiecti sunt, de sen-*  
*su legis ventilatur, aliaeque illae rationes in superioribus*  
*expositae.*

(a) Sternben Nebenstund. p. 3. p. 76. §.: "Gemeinglich entsteht der Verdacht, daß die Handhabung der Gerechtigkeit nicht die Absicht sey, warmm sich Regierungen in Justizsachen mißchen. Weißtens kann etwas menschliches darunter vorgehen, und auf diese Art mancher durch Nebenwege dabin gelangen, wohin er auf der rechten Straße zu kommen wenig Hoffnung hat".

## §. 26.

Contra an ii, qui omnem *&* qualemcumque legis interpretationem non iudici, sed *soli principi committendam*, & qualicumque igitur in casu huc spectante viam ad potestatem legislatoriam litigatoribus parandam esse, statuunt, veritati & iustitiae satisfaciant, ipsi videant. Certe paucissimae sic iudici lites dirimenda manebunt; pleraque tantum non omnes ad legislatorem transferentur (a); sed bene quaevis ordinata res iudicaria sic mox euanescet; suppressa mox adparebit auctoritas iudicium; et summo judice infimus, et legislatore iudex euadet; turbata, confusa erunt omnia; summum vbique ius, summa iniuria erit.

(a) Optime iterum Struve von Regier- und Justizsachen sed. 4. §. 27. p. 179. : "Ist nur der Gesetzgeber die über den Verstand der Gesetze erregte Schwierigkeiten zu heben befugt, so bleiben den Justiz-collegiis weniger Sachen übrig. Denn der sensus dubius legum veranlaßt die mehrfachen Processe, welche daher nach den gegenseitigen Gründzügen insgejammt Regierungssachen wären, und vom Geheimen Rathe nach Gefallen entschieden werden könnten".

## §. 27.

Neque magis rem acutangunt, qui modo tum, quandoverus legis sensus ignoretur, vel dubius saltem sit, ad authenticam interpretationem confugi volunt (a). Nam cui quaeso de eadem hac quaestione, num de vero sensu non

C 2

con-

constet, an dubius ille sit, arbitrium erit? Litigatoribus, aut, si mauis, caussidicis? Tunc, spondeo, nulla non erit lex dubii sensus. An legislatori? Sic eo ipso in omnibus caussis saltem laceſſetur ille ad arbitrium hoc ferendum; & quis te vadēm dabit, numquam fore, vt vel hōce arbitrium detrimento iustitiae in abusum ruat? An ipsi denique iudici? Tunc certe nulla facile lex indigebit manibus legislatoris adhibendis; iudici suus sensus numquam non erit clarus. Ergo semper hic petitio principii manebit.

(a) Sic e. g. WERNHER obſeru. forens. part. 7. obſ. 85. tom. 2.  
p. 232.

### §. 28.

Contra nec iudici permittenda omnis interpretatio.

Omnino autem & ille peccaret, qui *iudici omnem & indistinctam leges interpretandi facultatem vindicare* vellet. Quod, vt veritati & iustitiae conueniat, tantum abest, vt potius libertas ciuium ipsaque principis procerumue iura haud exiguum in discriminē incidere non raro possent, si tanta iudici potestas & ab omni dependentia immunitas tribueretur. Medium tenuere beati! Suum cuique!

\* I. Maneat nempe iudici potestas decidendi lites sui fori, si vel maxime interpretationem legum concernant. Maneat viciſſim sua legislatori potestas, si lis de legum interpretatione ultra fori ambitum agitur, vel si qua alia ratione definiendae interpretationi inidoneus iudex fuerit. Quae quidem omnia non tam legum auctoritate, quam ex ipsis rerum argumentis euincere licuit. Sed, vel leges, quotquot hanc rem tractant, nostrae sententiae contrarias esse, caue existimes. Tametsi enim nonnullae soli principi, non iudici, ius interpretandi leges vindicare videantur (a); manifeste tamen sola de interpretatione authenticā ibi sermo est, adeoque hanc requiri supponitur (b), ipsaque alia legum earumdem verba satis indicant, eas de iis casibus loqui, quibus iudices interpretandis legibus inidonei sunt (c).

(a) L.

CIRCA INTERPRETAT. LEGVM IN GENERE. 21

(a) L. 9. C. de legib.: "Si quid in legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id imperatoria interpretatione patesceri". L. vlt. §. 1. C. de legib.: "Si leges condere soli imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet". - Itaque tam conditor, quam interpres legum solus imperator iuste existimabitur".

(b) BRVNNEMANN comm. in cod. lib. 1. tit. 14. n. 5. 6. p. 62., VOET comm. ad D. lib. 1. tit. 3. §. 18. 20. tom. 1. p. 20.

(c) L. vlt. §. 1. C. de legibus: "Cur ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & se non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existimant, ad nos decurratur?"

\* II. Distinguunt nonnulli, nec sine fundamento, *interpretationem ad placituum & expositionem*, illam iudicii, hanc legislatori tribuentes (d). Sed petatio iterum principii semper superest, quando opus sit hac, & quoque procedat illa. Cuius rei vix iusti tenebuntur limites, nisi recurratur ad ea, quae modo tradidimus.

(d) MEVIVS part. 1. decif. 67. p. 28., vbi exemplum simul remissionis factae a tribunali Vismariensi ob quaestione ortam de intellectu pacis Westphalicae de secularizatione bonorum ecclesiasticorum in ducatu Bremeri.

\* III. Multa autem eorum, quae tradidimus, *illustri quadam nouioris legislationis auctoritate* firmari possunt, qua iudicibus quidem vetitum arbitrarie leges interpretari, sed concessum tamen, dubia solum a partibus mota decidere, hisque ipsis non permisus ad legislatorem aditus fuit, solum iudicii praescriptus, si ipsi res dubia videretur (e).

(e) Project des corp. iur. Friedericiani part. 1. lib. 1. tit. 2. §. 7. 8.: "Wie denn auch keinem Richter frey stehen soll, dieses unser Landrecht, wenn es zweifelhaftig zu seyn scheinet, zu interpretieren, oder argumento legis allerhand exceptiones, limitationes und ampliationes, nach Gefallen, und öfters ex aequitate cerebrua, zu fingiren. Wann aber eadem ratio legis vorhanden, so versteht sich von selbsten, das es zu dem Amt eines ordentlichen Richters gehört, die Gesetze auf alle Fälle, wo eadem ratio militirt, zu appliciren und zu erkendiren, weil es obangänglich ist, alle Special-casus anzuführen und zu decidiren. Wann aber dieses unser Landrecht in einem und andern Fall den Richtern zweifelhaftig scheinen, und daher einiger Erläuterung bedürfen sollte; So steht unsern Gerichten frey, dasjenige, was zur näheren Erläuterung gedachten Landrechts oder dessen supplemento gereichen kann, an das Departement der Justiz-Sachen einzuschicken; da dann dem

Gefinden nich das dubium decidit, und dergleichen decisiones jährlich durch den Druck publizirt werden sollen. Wir wollen aber durchaus nicht gesetzten, dass die Parteien selbst bey uns auf eine Interpretation des Landrechts antreten sollen. — Wann also die Parteien das Landrecht als zweifelhaft angeben, müssen sie in ihren Schriften solches mit anführen; wogn abe der Richter glaubet, dass das Landrecht klar sey, und keine Interpretation gebrauche, muss er nach Pflicht und Gewissen die Sache decidiren, und schet dem gravirten Theile frey, in der folgenden Thizian per modum grauaminis die Nothdurft weiter dagegen vorzustellen.

## CAP. II.

IURE ET OFFICIO  
SVMMORVM IMPERII TRIBVNALIVM  
CIRCA INTERPRETATIONEM  
LEGVM IMPERII.

## §. 29.

De re tam ardua, quam est interpretatio legum, in tribunal. A) primis quae non sine effectu iuris a iudice, eoque supremo praeſertim, instituitur, fieri non potuit, quin iam principi statuant I) sigillatim, dem naſceretur quaestio in supremis imperii nostri tribunali bus. Quam quum nec leges quidem silentio praeter eant, at quotidie tamen nouae vel de harum sensu & vi oriantur quaestiones; non forte nullius operae pretium erit, indagare curatius, quid de utroque supremo tribunali tum sigillatim, tum in commune, statuant hac in re leges imperii, & quid proinde iuris & officii Augustis hisce iudiciis in hoc argumento veritate ac iustitia duce tribui possit.

Non

\* Non quidem incognita sunt, quae hac de re terigit Iac. Fried. LUDOVICI in diss. *de iure declarationis* (Hal. 1707.) cap. 2. §. 4. sq. (a), & quae ex instituto tractarunt Christian. Gottfr. HOFMANN in diss. *de ratione interpretandi leges imperii R. G. publicas occas. art. 5. §. 50. & 56., art. 8. §. 2., art. 17. §. 3.* pac. Osnabr. Lips. 1720., & Goswin. Ioseph. de VININCK in diatribe *iuris publici de interpretatione legum imperialium*, sive succincta commen-  
tatione *ad capitulationis nouissimae art. 2. §. 5.* Duisburg. 1753. 4.  
At vero in re tam graui non pigebit, credidimus, plurium opinio-  
nes symbolasque legisse. Nec tam confutationem morabimur a-  
liter sentientium, quam, quae vera & iusta sint, e legibus ipsisque  
xerum argumentis indagabimus.

(a) Plura de legum interpretatione allegantur scripta in LIPENII biblioth. iur. (edit. nouiss. Lips. 1757.) tom. 1. p. 638., veluti  
Casp. ZIEGLERI diss. *de iure interpretandi leges*, Io. Fried. OLEARIUS  
progr. de authenticā legum interpretatione a legislatore expectanda, Lips.  
1708., & quae sunt reliqua, in quibus forte multa bonae frugis contine-  
tur. Sed inspicere ea omnia nobis non licuit.

### §. 30.

In supremo camerae imperialis iudicio ante omnia hic  
obseruanda venit communis ei cum aliis superioribus iudi-  
ciis potestas condendi DECRETA COMMUNIA seu GE-  
NERALIA (gemeine Beschide), quae sunt normae a iudi-  
ce iis, qui in suo foro litigant, eorumue procuratoribus  
& aduocatis ea mente praescriptae, vt abusibus, qui irre-  
pere obseruantur aut metuuntur, in rebus maxime, quae  
ad externam rei iudicariae formam spectant, occurratur,  
sive leges iam clarae de nouo solum inculcentur, sive legi-  
bus non satis definita specialius definiantur. Quae pote-  
stas, vti solum in eos exercetur, qui auctoritati iudicis sub-  
iecti sunt, nec alia, quam quae ipse legislator specialiori  
cura vix dignatur, continet, vltro ab hoc & vel tacite cui-  
libet iudici, praesertim superioribus, quae per se grauiore  
aucto-

auctoritate pollut, tribunalibus relinqu solet; nec detrahi itaque supremo isti iudicio camerali potuit.

\* I. Omnim camerae imperialis *decretorum generalium singularis collectio* exstat, sub titulo: *Des hochlobl. Kayserl. u. h. R. R. Cammergerichts gemeine Bescheide und andere Rathsschlüsse vom Jahr 1497. bis 1711. v. iuncta corpori iuris cameralis, quod prodiit Wetzlariae 1717. fol.* quam laudat quoque Ge. Melch. de LUDOLF in *comm. system. de iure camerali* lect. 2. §. 6. n. 51. p. 224.

\* II. Ex ipsa ista collectione adparet, *primum eiusmodi decretum a camera publicatum fuisse d. 31. Mai. 1497. de taxatione interlocutoriarum, quod e BARTHI collectione sententiarum cameralium tom. 1. p. 55. quoque recenset per ill. lo. Henr. de HARPPRECHT in praefantissimo opere des Staatsarchivs des C. G. tom. 2. p. 123.*

\* III. Eo tempore autem nondum quidquam in legibus imperii hac de re statutum fuerat, adeo ut vel *sine lege* hoc ius ferendi decreta generalia inualuisse, nec vel dubitatum de hac camerae potestate fuisse, in aprico sit.

\* IV. Immo nec in ea, quam CAROLVS V. Imp. condicauit, *ordinatione camerali*, nec in subsecutis eam legibus, ideoque nec in concepto, quod vocant, *ordinationis cameralis*, quod anno 1613. in lucem emisum, proprie de his decretis generalibus quidquam sermonis est, quum, quae vulgo huc referri solent, vt mox clarius adparebit, plane aliam ad rem spectent.

\* V. *Primam* demum proprie *huc pertinentem decretorum generalium mentionem* reperio in *resolutione dubiorum cameralium anni 1595. (a).* Deinde expressius quidem hanc camerae imperialis potestatem, reseruata modo visitationi & comitiis imperii decretarum rerum adprobatione, firmavit R. I. N. (b). Quum vero visitatores sub initium huius seculi Wetzlariam missi non omnia decretata generalia legibus imperii conformia deprehendissent; indicem eorum, in quibus monendum nonnihil videbatur, per decretum d. 27. Nov. 1713. communicarunt cum collegio camerali, id quod videlicet in collectione decretorum generalium supra dicta p. 131. sq.; ipsae-

ipsoque in recessu visitationis d. 18. Dec. 1713. monuerunt iudicium camerale de obseruandis in hac re limitibus (c).

(a) Vide hanc resolutionem de a. 1595. in des Chur- und Fürsten-Rath's letzter Relation §. 7. in corpore iuris cameraleis Wetzlarensi inter dub. cam. p. 89., in Francosurtensi, quod 1724 prodiit, p. 522. verbis: Dieweil bey der vorgegangenen Examplation der dubiorum befinden, daß etliche von dem collegio des Kays. C. G. eröffnante gemeine Bescheide den Parteien sehr hoch prächtiglich, - - mit solchen beschwerlichen und präjudicirlichen Fällen bis zu endlicher Vergleichung der dubiorum immittelst einzuhalten se. sc.

(b) R. I. N. §. 94. verbis: "wird C. N. Präsidenten und Assessoren hiermit und in Kraft dieses anbefohlen und Gewalt aufzutragen, daß sie einen gewissen modus, die producta und schriftliche Handlungen - - zu übergeben, unter sich zu vergleichen, zu schließen, durch gemeine Bescheide zu publiciren, einzuführen, und bis auf künftiger Visitationen, und darauf einer allgemeinen Reichsversammlung erfolgende Ratification oder Änderung darob zu halten".

(c) R. V. 1713. §. 14: "Da man auch bisher wahrgenommen, daß ob bemeldtes C. G. die Ordnung und andere Reichs-Satzungen durch gemeine Bescheide jezuweilen geändert; als wird demselben hiermit anbefohlen, dßfalls fürohin nicht weiter, als gedachte Ordnung und Reichs-Satzungen in gewisser Maase erlauben, zu gehen".

\* VI. Ex quibus omnibus tuto coligi potest: 1) esse quidem iudicio camerali hanc potestatis legislatoria cum aliis tribunalibus communem speciem; sed 2) eam vi suorum ipsius limitum dumtaxat in externis quibusdam iudicarii ordinis capitibus, nequam in interpretandis, ne dicam, mutandis legibus imperii, consistere; & vel ea denique 3), quae iustos intra limites istos decretis generalibus statuit camera, prouisorie tantum, donec caesaris & imperii auctoritate vel adprobentur, vel contrarium sanciantur, vim legis habere.

\* VII. Similis plane eiusdemque & originis & indolis est ea potestas, qua iudicium camerale personis alia ratione sibi subiectis, veluti nuntiis (d) & tutoribus ac pupillis camerilibus (e), leges scripsit.

(d) Vide die Cammerboten-Ordnung de 1538. in corp. iur. cam. Francof. p. 89 sq.

(e) Vide des C. G. Vormundschafsts-Ordnung in der Visitation 1576. §. 31, übergeben ibid. p. 335.

D

## §. 31.

2) de SCris  
cameralibus; lis potestas, qua per expressam legem habet *ius declarandi ipsam ordinationem cameralem*, & vel *emendandi eam*, aliaque necessaria statuendi, in rebus, quae ad *ordinem iudiciarium* spectant, saltem, ut prouisorie illa, donec a visitatoribus adprobentur vel contrarium fani ciatur, vim legis habeant & obseruentur (a). Quae vocantur **SENATVS CONSVLTA CAMERALIA** in pleno iudicij senatu condenda (b).

(a) En verba legis in O. C. 1555. part. 2. tit. 36., Conc. part. 2. tit. 38. von Gewalt fernerer Fürschung und Declaration der E. G. D. (so viel den Proces belangt,): "Ob diefer Ordnung des Proceses halber des E. G. Zweifel einfallen, oder weitere Ordnung und Fürschung zu thun vonnothen seyn würde, wollen wir dem Cammerrichter und den Beystern befohlen haben, jederzeit, wenn es die Nothdrt erforderet, des Proceses halber diese Ordnung ihres bestien Verstandes zu declariren, zu bessern, auch weitere nothwendige Fürschung und Ordnung furzunehmen und zu machen, und dieselbige also bis zu der häufiglichen Visitation des Kaiserlichen E. G. zu halten beschelen, und alsdann dieselbige sammt andern Mängeln den verordneten Commisarien und Visitatoren furzubringen, die dann dieselbige approbiren, oder souß derohalben gebührliches Einsehen thun sollen". Sed pro iusto legitimo intellectu opera preium erit, historiam legis, & quae ad Illustrandam eam faciunt, curatus inuestigare.

(b) Compara Io. Wolfg. KIPPING diss. de SCris supremorum in imp. R. G. iudiciorum. Helmst. 1740, recus. ibid, in forma libri 1741. 4.

\* I. Nam in prima O. C. 1495. occurrit tit. 27.: Wie sich Cammerrichter in Declaration der Ordnung halten solle? Vbi tamen nondum ipsi camerae quidquam potestatis in hac re commissum fuit, sed sanctum modo, ut, si qua opus, declarationem peteret ab anno statuum conuentu (c), qui eodem tempore promissus erat in der Handlung Friedens und Rechts 1495. §. 1. sq. (d). Vnde necdum in antiquioribus de iudicio camerali erigendo sanctionibus eius rei mentio fieri potuit, nimurum nec in O. C. 1471. (e), nec in O. C. 1487. (f).

(c) "So hernach am E. G. fürsiele (inquit O. C. 1495. tit. 27.), das fernere Vorbehaltung unserer Ordnung oder Satzung oder Declaration bedürfen

dürfen würde, dasselbe sollen Cammerrichter und Urtheiler jegliches Jahr an uns, unsere Churfürsten, Fürsten und Versammlung, die desselben Jahrs durch sich selbst oder ihre Anwälde zusammen kommen werden, bringen, damit wir mit Nach und Willen derselben Sammlung ferner darin handeln zu Förderung und Aufrechterhaltung des Cammer-Gerichts, und Erfindung der Rechten und Gerechtigkeit".

(d) Vide die neuere Sammlung der Reichsschäfde (Franks. 1747.) P. 2. p. 11. sq.

(e) Vide eandem collectionem P. 1. p. 249. und das Harprechtische Staatsarchiv des C. G. part. 1. p. 229. sq.

(f) D A T T de pace publ. lib. 4. cap. 1. n. 182. p. 718. sq. Staatsarch. des C. G. part. 2. p. 223. sq.

\* II. Vi primae istius legis cameralis supremum hocce tribunal iam anno 1498. ad comitia Friburgensis detulit nonnulla, in quibus declaratione legislatoria opus esset, quae & secuta in eodem recessu imperii Friburgensi (g), & ex hoc inserta sunt O. C. 1500. tit. 2. sq. (h). Quum vero, quae de annuo statuum conuentu statuta fuerant, mox in tantas incidenter difficultates, ut eius loco in comitiis Augustanis a. 1500. nouus conderetur senatus, quem vocabant *regimentum imperii* (i); huic potius, vt, iunctis cum ipsa camera consiliis, quae circa ordinem iudicarii necessaria viderentur, statueret, commissum est (k), idque post conditum de novo tale regimentum sub C A R O L O V. Imp. (l) reperitum in O. C. 1521. addita expressis verbis potestate mutandi & declarandi leges iudicarii (m). Atque hoc modo condita a regimento ipsoque iudicarii camerali exstat singularis ordinatio d. 28. Nov. 1527. (n).

(g) N. A. zu Freyburg im Breisgau 1498. §. 23. sq. in der Samml. der N. A. part. 2. p. 43. sq.

(h) O. C. 1500. in der Samml. der N. A. part. 2. p. 67. sq., in corp. iur. cam. Francos, p. 12. sq.

(i) Vide die Regiments-Ordnung auf dem Reichstage zu Augsburg erichtet 1500. in der Samml. der N. A. part. 2. p. 56. sq. Et compara D A T T de pace publ. lib. 3. cap. 12. p. 599. sq., item Müllers Reichstags-theatr. Max. I. Vorstell. 2. p. 380. sq.

(k) O. C. d. 10. Sept. 1500. tit. 23. sub rubro Ordnung des Proces am C. G., wie ferner fürzunehmen, verbis: Was fernerer Ordnung der Proces halben des Cammergerichts nothdürftig, und hierum nicht geordnet

28 CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SVMMOR. TRIE.

noch verfehen ist, befehlen Wir hiermit unserm Reichs-Regiment mit sammt unserm Cammerz-Richter und Beysizern mit der Zeit nothdürftiglich ihres besten Verständnißes zu ordnen, fürzunehmen, zu sezen und zu machen".

(l) De hoc nono Caroli V. regimento vide die Regiments-Ordnung auf dem Reichstage zu Worms ausgerichtet 1521. in der Samml. der R. A. part. 2. p. 172. sq. & Joh. Joach. Müllers Staatscabinet part. 1. p. 172. sq.

(m) O. C. 1521. tit. 21. §. 2., vbi verbotenus repetita sanctio anni 1500 nota praecedente relata, additis modo verbis: zu ändern, zu declasiren und zu machen. corp. iur. cam. p. 49. sq.

(n) Vide in corp. iur. cam. p. 66. sq. die E. G. D. durch das Reichs-regiment und E. G. ausgerichtet, publicirt zu Speyer den 28. Nov. 1527. Cuius prooemium rem ita explicat: "Nachdem eine Zeit her gespähret, wie sich dann etliche Partheyen dessen beklaget, daß etliche Mängel, sonderlich des Procesz-Vortrags halber und sonst andere Unordnung sich am Kaiserl. E. G. zugetragen, dadurch die Partheyen und Sachen gehindert, und in die Länge verzogen worden, auch and're Unz'lichkeit erfolget; Und aber die Ordnung über das E. G. jüngst zu Worms ausgerichtet vermag, was fernerer Ordnung des Procesz halber nothdürftig, und darin nicht geordnet, Statthalter und Regiment sammt E. R. u. B. mit der Zeit darum nothdürftiglich ihres besten Verständnißes zu ordnen, fürzunehmen, zu sezen, zu ändern, zu declariren, und zu machen; So haben also in Bezaß solcher Ordnung, auch in Betracht der augenscheinlichen Mängel und erheischender Nothdurst nach, die gewachte Statthalter und Regiment sammt E. R. u. B. auf Erfundigung berührter Mängel und Behinderung der Procesz obberhaupt, etliche Verfass- und Ordnung, wie es nun fürt der Procesz und anders halben an ermeldeten Kapi. E. G. gehalten werden soll, in nachfolgende Articlel ge stellt, und die also dem Buchstaben gemäß alles Inhalts zu halten, und zu geleben beschlossen". ic. ic.

\* III. Posteaquam vero cessaerat regimentum illud imperii, veluti quod anno circiter 1530. contigisse constat (o); sola camera merito dubitauit hac amplius potestate vti, sed potius dubia, etiam processum concermentia, obtulit visitatoribus, qui nec ipsi dubiorum illorum decisionem sibi sumserunt, sed comitiis imperii vniuersalibus anno 1532. eam reliquerunt (p). Quo facto posthaec partim in R. I. 1555. §. 110. sq. visitatoribus data fuit eiusmodi potestas reseruata modo ratificatione, & vel ipsa grauiorum rerum sanctione, comitiali, & praescripta simul necessitate audiendi consilium iudicij cameralis (q); partim in O. C. 1555. part. 2. tit. 36. ipsi huic tribu nali demandata est potestas supra descripta (r).

(o) Müll.

(o) Müllers Staatscab. part. i. cap. 4. §. 57. p. 268.

(p) R. I. Ratib. d. 27. Jul. 1532. membr. 3. §. 8.: "Als C. R. u. B. den Commisarien welche zweifelhafte Article und Fälle fürgebracht, und darüber Bescheids begehret, wie sie es hinfürter, so sie sich intragen, damit halten sollten, und die Commisarien, dieweil ihr Befehl nicht gestanden, etwas von neuem zu setzen oder zu statuiren, sondern allein zu reformiren, solcher zweifelhaftige Article uns, auch Charfürsten, Fürsten und Ständen allhier überantwortet, gebührlches Einschen zu thun, künftige Irrung, so daraus erfolgen möchte, zu verhutzen; haben wir gemeinem Nutz zu gute solche Irrung vorzukommen, darein gnädiglich gesehen, und mit unsern, und des Reichs Charfürsten, Fürsten und Ständen zeitig vorgehabten Rath in solchen Articlen geordnet, wie hernach folget". n.

(q) R. I. 1555. §. 110. 111. 112. : - "Sollen die visitatores über die Puncten, im Memorial-Zettel begriffen, von C. R. u. B. ihren Bericht anhören und darauf - handeln; zudem C. R. u. B. ferner beprechen, was sie mehr für Mängel und S. brechen haben - . Und soll darüber durch sie die Commisarien und Visitatooren, gebührende Einschung und Verordnung, bis auf weiter andre der Käyserl. Maj. oder gemeiner Stände des Reichs Verordnung, geschehen. Wären aber dieselbige Mängel und Sachen also wichtig, dass sie sich darüber einige Veränderung zu thun nicht untersahen wollten; so sollen sie dieselbige an die Käyserl. Majest. gelangen lassen, damit Ihr Majestät die zu nächster Reichsversammlung fürzubringen, und, was sich gebühret, darüber mit sammt den Ständen des Reichs zu entschließen, und zu verordnen" ic.

(r) Vide ipsam hanc §. notamque a, ibique verba O. C. 1555 part. 2. tit. 36. seu Conc. 1613. part. 2. tit. 38.

### §. 32.

Quin in iis etiam, quae in decernendis processibus occurunt, vt vnum eundemque semper stilum & sumque fori sequatur, pariter in pleno conueniri, & vel ipsas opiniones ICtorum similiter in pleno disquiri, vnamque ab eo sententiam adoptari volunt leges imperii, reseruata solum & hic imperii ratihabitione. Vnde tum vis praetiudiciorum camerarium, quatenus in pleno omnium senatu probata sunt, adeoque & stili & obseruantiae cameraleis ceu juris non scripti intelligitur, tum noua SCtis cameralebus materia praebetur.

D 3

\* I. Virum-

<sup>3)</sup> de vi prae-  
iudiciorum  
cameralium;

30 CAP. II. DE IURE ET OFFICIO SVMMOR. TRIB.

\* I. Vtrumque caput tum stili vsusque uniformis obseruandi & in pleno proinde consilio componendi, tum certitudini inter diuersas Ictorum opiniones statuendae, primum coniunxit prima hac de re lex, quam continet R. I. 1570. (a); seiuixit deinde conceptum nouae ordinationis 1613. (b); iterumque contraria in primis praecidicia vitanda esse inculcat R. I. 1654. (c).

(a) R. I. 1570. §. 75. 76. 77. . . . den alten loblichen Brauch und Stilom des E. G., wie es jederzeit an sie gebraucht, unverhindert zu lassen, so öder demselben sowohl in decernendo processibus, als decisionibus causarum zu folgen; . . . etliche Beystiger insonderheit zu verordnen, so die substantial qualitates, woraus die Processe . . . zu erkennen, . . . zusammen tragen sollen, darnach in pleno senatu referiren, darauf sich das Collegium eines einheitlichen Bruchs und alten stili in Fundirung unsers E. G. Jurisdiction und Ertheilung der Processe endlich vergleichen; darneben auch diejenige opinions, so bei denen Rechschreibern ganz streitig, und aber in relationibus causarum mit Aprobation des ganzen Raths angenommen sind, mit Fleiß colligiren, solches alles in ein besonder Protocoll-Buch, so die Lest in ihrer Verwahrung haben sollen, mit Vorwissen unsers Cammer-Richters durch einen Protonotarien nur per modum conclusi beschreiben lassen, und in die Maynzische Canzley, um durch uns auf nächstkünftiger Reichsverjammung mit Rath und Gutachten gemeiner Städte publicieren zu lassen, schriftlich überschicken, gleichwohl sollen E. R. u. B. immittelst solchen verglichenen Puncten in decernendo processus & decidendo caussas gemäß sich verhalten".

(b) Ea nempe, quae R. I. 1570. §. 75-77. speciatim de stilo vsique camerale staruit, repetuntur in C. O. C. part. 1. tit. 19. pr. &c. tit. 22. §. 4. Ea, que de opinionibus Ictorum controversis continet sola §. 77. dicti R. I. 1570., repetuntur in C. O. C. part. 1. tit. 16. §. 5.

(c) R. I. N. §. 136.: "So viel die . . . Contrarietaten und praecidicia camerale anbelangen . . . sollt die assessoris solche gegen einander laufende praecidicia in alle Wege verhüten helfen, und, da sich dergleichen Fälle begeben würden, förderlichst in pleno sich eines gewissen vereinbaren".

\* II. Vti nouam hinc SCtis camerabibus materiam praeberti monimus; ita intelligitur, haec ipsa SCta, si modo assessoris inter se de iis conuenient, omissa publicatione seu promulgatione, intra limites iuris non scripti consistere. Si publici juris per promulgationem redduntur, ius scriptum efficiunt, & sola externae formae ratione habita facile cum decretis generalibus confunduntur, quippe quorum in collectione & ista innixa deprehenduntur (d).

(d) Vide

(d) Vide collectionem supra memoratam der E. G. gemeinen Geschichts unb anderer Raths-Schlüsse in corp. iur. cam. Wetzlar. & in eodem hoc quae erudit, vt soler, dubiorum camerarium collectioni ibidem inseratae praesatus est consultissimus Io. Wilh. LVDOLF. Praeterea legefis, quae de hac re commentati sunt Io. DECKHERR in vind. ad Blum. tit. 2. n. 10-13. p. 20 sq. & Ge. Melch. de LVDOLF in comm. syst. de iure cam. sect. 2. §. 6. n. 51. p. 224.

## §. 33.

Sin oritur *dubitatio* in interpretanda ordinatione came-<sup>4)</sup> de dubitis rali aliae lege imperii, sive ordinem iudiciarium, sive i-<sup>5)</sup> cameralibus psum iuris articulos decisivos concernens, eaque *ita comparata*, *vt vel in pleno aefforum senatu inde disputatio nascatur*, haud concilianda ex solis iuris communis rationibus; tunc summa prudentia leges imperii iubent cameram quae stiones eiusmodi controuersas & vtriusque partis tum adfirmantis tum negantis rationes, quae vocant DVBIA CAMERALIA, archicancellario imperii electori Moguntino tradere, vt ab eo vel in visitatione camerale, vel in comitiis imperii vniuersalibus proponi, deliberari ac definiri currentur.

\* I. Sic primum generatim de omni dubitatione circa leges imperii interpretandas, quae, in pleno consilio haud conciliari posset, *vt caesari & imperio proponeretur*, sancuit R. V. Spirensis d. 18. Mai. 1556. (a), idemque repetit R. D. d. 16. Aug. 1557. similiter Spirae conditus, sed addita restrictione, si dubitatio non ordinem iudiciarium, sed articulos iuris decisivos concerneret (b), qua ratione & concepto idem passus insertus fuit (c). At postremo loco, ex mente senatus principum anno 1641. declarata (d), & ex suffragio vniuersi imperii cum illa conformi d. 27. Sept. eiusdem anni 1641. (e), in R. I. N. dubia cameralia tam quoad processum quam iura ipsa atque leges primum visitationi proponi iubentur (f), eoque ipso demum in subsidium comitiis imperii vniuersalibus definienda relinquuntur.

(a) R. V. 1556. §. 7. "Wo eitt zweischäftiger Verstand in des heil. Reichs Constitutionen und Ordnung jegund wäre, oder sich häufig zurringe, desseßt

32 CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SUMMOR. TRIE.

dessen sich C. R. u. B. in pleno consilio gemeinen Rechten nach nicht vergleichen könnten; So sollen sie solches an die Käpferl. Majest und die Stände des Heil. Reichs durch den Erzbischöfen und Churfürsten zu Mainz als Erzkanzler des Heil. Reichs, den sie derhalben zu ersuchen, gelangen lassen".

(b) R. D. 1557. §. 2, alias §.: "Wo dann künftiglich einiger zweifelhafter Verstand in der C. G. D., nicht den Proces, sondern articulos decisios anlangend, oder sonst in den H. R. R. constitutionibus schuld wäre, oder sich künftiglich zutrage, dessen sich C. R. u. B. in pleno consilio den gemeinsamen Rechten nach nicht vergleichen können; So - - - wollen wir, daß sie solches an die R. R. - - und die Stände des Reichs durch Chur-Maynz gelangen lassen, und darüber Erklärung und Bescheids erwarten".

(c) C. Q. C. part. 2, tie. 38. §. 1, vbi eadem verba, quae not. praeced. reculimus, reprehenduntur.

(d) Meier. acta comitital. Ratisb. tom. 2, p. 4.

(e) Meier. l. c. p. 29.

(f) R. I. N. §. 135.: "Ratione dubiorum camerarium, sowohl den Proces als die iura selscii beraffend, sollen die assessori diejelbe hierzwischen zusammen tragen, reislich überlegen, und das hierüber gemachte Concluſum, nicht weniger zur Maynischen Canzley zu dem Ende überischen, danit von dar aus den verordneten Visitatorn und Revisorin dayon bey Zeiten Communication bezechten, dieselbe sich darin der Nothurst erschen, und bei beworckender Visitation die befundene Mängel um so viel desto besser examiniren und denselben abheben können".

II. Neque desunt hoc modo collecta a supremo iudicio & ad potestatem caesaris & imperii legislatoriam delata *dubia cameraria* (g), quae partim obtinuerunt optatas resolutiones, partim singularibus imperii legibus, veluti recessui praesertim deputationis de a. 1600, grauissimam suppeditarunt materiam, nec profecto umquam, quod vel insipienti statim in oculos incurrit, solos iuriis articulos decisios, sed multo frequentius res ad ordinem iudicariū spectantes continuerunt. Nouissimo autem recessui imperii in visitatione, quae sub initio huius seculi fuit, ob paucitatem assessorum satisficer non potuit (h). Nec abhinc colligendis eiusmodi dubiis operam nauatam fuisse constat.

(g) Exstant, quod sciamus: I) *Dubia cameralia* & puncta controverfa praesentata visitacioni Spirensi d. 5. Mai. 1580. in corp. iur. cam. Francof. p. 383. sq.; II) *Resoluta dubia* 10. Mai. 1583. in corp. iur. cam. Wetzlar. im Anhange zum Concept. p. 1. sq.; III) *Dubia collegii anno 1585.* reflo-

resoluta *ibid.* unter dem Bis. Absch. p. 281. sq; IV) Dubia cameralia de anno 1595. cum resolutionibus *ibid.* im Anhang zum Econ. p. 7. sq & in corp. iur. cam. Francos. p. 471. sq.; V) Dubia de anno 1600. (quae memorat, sed non decidit R. D. 1600. §. 141.) in corp. iur. cam. Francos. p. 559 & in Niedern actis comit. Ratib. tom. 2. p. 275 \* sq. Compara, quae scripta consultissimus *io. Wilh. LUDOLF* in der Vorrede zum Anhange des Econ. ceptis (in corp. iur. cam. Werzl.) §. 5. sq.

(h) "Die dubia cameralia haben wir zwar (Inquit commissarii & visitatores in der Gesamt-Relation d. d. Wez. 18. Dec. 1713. in corp. iur. cam. Francos. append. p. 7. sq.), nach Anleitung des §. 24 der Reichs-Instruction gleich anfangs von dem wieder eröffneten C. G. erfordert. Weil aber die Besitzer in gar geringer Anzahl, darum mit der Arbeit überhäuft, auch meistentheils neu angekommen sind, so haben dieselbe hierauffalls an uns nichts gelangen lassen, sich jedoch laut Beilage Lit. E. erboten, wann dergleichen vorstehen, solche zusammen zu tragen und Sr. Churfürstl. Gnaden zu Mayni, als des Heil. Röm. Reichs Erzanglern, hierächst einzusenden, um selbige weiter an Ihr Kayseri. Majestät und das Reich zu bringen".

## §. 34.

Quae omnia si in vnum collegaris; & legibus & ob-  
e quibus o-  
seruantia satis superque edoceberis, augustum camerae im-  
perialis iudicium nil minus, quam omni potestate inter-  
pretandi leges imperii destitutum esse; nil minus proinde,  
quam adstrictum ad abdicandum se omnibus & quibuscum-  
que causis, in quibus solum interpretandae cuiusdam legis  
mentio occurrit. Nil sane clarius, quam declarandi & vel  
mutandi leges imperii potestate munitum hoc tribunal vo-  
luisse caesarem & status, reseruata modo comitali, olim  
aliquando, si placuerit, statuenda, aut adprobatione ex-  
pressa, aut contraria sanctione, ita tamen, ut prouisorie,  
quae camera statuit, vim legis habeant, caussaque iudi-  
ciariae secundum ea deciduntur, ne scilicet, quod maxi-  
mopere reipublicae interest, iustitiae administrandae cuius-  
cumque praetextus iniiciantur remoraee.

## §. 35.

E

## §. 35.

b) de consil.  
imp. aul.

De altero supremo, quod Augustissimae imperatoris personae adhaeret, tribunal seu *consilio imperiali aulico* aequum parum dubitare licet, decreta communia condendi protestat ei esse, qualia potius & antiquiora & nouiora haud infrequentia constant (a). Sed an ea, quae de senatus consultis dubiisque cameralibus in legibus nominatim iudicio camerali praescriptis statuta sunt, etiam in supremo illo tribunali aulico locum habeant, magis videtur dubium. Etiam si enim: *quoad processum iudicariarium, pax Westphalica* (b) inquit, *ordinatio camerae imperialis etiam in iudicio aulico seruabitur per omnia*; ea tamen, quae specialem cameram eiusque solius constitutioni propriam habent rationem, in iudicio aulico non aequum obseruari in aprico est. Enim uero nec plenum totius collegii consilium a singulis, in quos camera diuisa est, senatibus diuersum ita in consilio aulico cogitari potest, ut quidem in camera imperiali obseruatur, & quem tamen certe respectum non potuerit non ante oculos habere auctores legum de SCtis dubiisque cameralibus latarum; nec præterea eadem hic est visitationum ratio, similiter prorsus pro indeole huius rei haud negligenda. Ideo que fieri videtur, ut nec ipsa obseruantia & experientia teste in tribunali aulico eiusmodi SCtia dubiaue deprehendantur. Nec enim denique tam *iura* camerae imperiali in eius ordinatione tributa, quam obligationes eidem praescriptas in ista pacis Westphalicae sanctione intelligi credibile est (c).

(a) In Ioh. Christoph. ab VFFENBACH tractatu de consil. imp. aul. existat adpendix II., quod continet "Gemeine R. H. N. Bescheide, communia decreta genannt, so noch niemahl im Druck ausgegangen, und nun mehr, wie sie im R. H. N. Buch eingeschrieben sich befinden, fidelissime communizirt werden". Noviorem collectionem a ianitore huius tribunalis editam Viennae videre PRAESES meminimus.

(b) I. P. O. art. 5. §. 54.

(c) Conf. Moses vermischt Schriften tom. 2. p. 280. s. 1.; sicut aliter sententie,

## §. 36.

## §. 36.

Sed de utroque supremo tribunali alia omnia statyenda ID) de ambo-  
esse videntur, ex quo pax Westphalica, aliaeque nouiores bus imp. trib.  
imperi leges multo arctioribus potestatem interpretandi quid statuat  
leges imperii circumscriperunt limitibus. Namque nec phalica;  
ipso quidem caesareae maiestati reliquit hanc potestatem  
PAX WESTPHALICA, sed, guideant, inquit, sine con-  
tradictione iure suffragii in omnibus deliberationibus super  
negotis imperii, praesertim VBI LEGES ferendae vel IN-  
TERPRETANDAE cet., nihil horum aut quidquam simile  
postbac umquam fiat vel admittatur, nisi de comitiali libero-  
que omnium imperii statuum suffragio & consensu (a); &  
speciatim eo loco, vbi de consilio imperiali aulico agitur,  
diserte sancit: si qua DVRIA CIRCA INTERPRETA-  
TIONEM constitutionum ac recessuum imperii publicorum  
occurrit, - remittantur ad comitia imperii vniuersalia  
(b). Quam posteriorem sanctionem similibus propterea  
verbis repetit ORDINATIO CONSILII IMPERIALIS  
AVLICI a Ferdinando III, Imp. condita (c).

(a) I. P. O. art. 8. §. 2.

(b) I. P. O. art. 5. §. 55.

(c) R. H. R. D. cit. 5. §. 22.: "Da über den Verstand der Reichs-  
Constitutionen und Abschirde Zweifel vorfallen; - so solle solches auf einen  
allgemeinen Reichstag verwiesen werden".

\* I. Quod ad historiam harum pacis Westphalicae sanctionum at-  
tinget; earum prima continetur in propositione utriusque coronae  
Suecicæ (d) Gallicæque (e) nomine mense Junio 1645, facta.  
Quam quam, post respondem nominis cæsaris repositam (f), se-  
queretur mense Novembri eiusdem anni acceptatio statuum enange-  
licorum (g); inserta sunt ista verba, una cum reliquis iuribus co-  
mitiali statuum consensi adligatis, in celeberrima illa sanctione, o-  
missa quoque clausula, quam caesarei pro salvandis iuribus solius im-  
peratoris sub praetextu retinendi moris antiqui adnecti voluerant (h).

E 2

(d) Vi-

36 CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SVMMORI TRIB.

(d) Vide propositionem Suecicam d. 1. Iun. 1645. art. 5. verbis: *si nouae leges ferendae veteresue interpretandae fuerint, apud Meierin in a.d. pac. Westph. tom. 1. p. 437.*

(e) Vide propos. Gall. d. 1. Iun. 1645. art. 7. verbis: *faire des loix nouvelles ou interpreter les anciennes*, Meierin l. c. p. 444.

(f) Meierin l. c. p. 620. 631.

(g) Acceptationem hanc, qua rem clariss exponunt euangelici status, integrum adponere iuvat. "Ullermassen auch des H. R. R. Deutscher Nation Fundamental-Satz ingen vermögen, und von unendlichen Jahren üblich hergebracht worden, das keine Universal-Gesetze, und Reichs-Constitutionen, außerhalb eines allgemeinen Reichstages und Einwilligung der sämmtlichen Churfürsten, Fürsten und Stände gemacht; und was etwa einen und anderen Orts zweifelhaftig und dunkel, und nicht allerding hell determinirt seyn möchte, ebener gestalt, ohne dergleichen Bevolligung der sämmtlichen Churfürsten, Fürsten und Stände, nicht erläutert und declarirt, noch einiger Fürst oder Stand des Reichs in die Acht gehan, und seiner Laude, Güter und Würden entschelt werden möge; Und dann die Herren Kaiserlichen commissarii sich hierunter allerding gewiezet, und den Reichs-Constitutionibus gemäß erklärt; so wird als solches mit danknähmigen Gemüthe acceptirt und beliebet". Meierin l. c. p. 813.

(h) Addiderant nempe caesarei in dicta responsione d. Sept. 1645. hanc clausulam: "saluis tamen iis, quae ad imperatorem & collegium eleborale solum pertinent, & saluis eorumdem iuribus & praeminentiis, omniaque intelligendo iuxta morem ab antiquo in imperio receptum". Meierin l. c. p. 620. 631. sed omissam hanc clausulam ex ipsa pacis inspektione adiparet, & ex iis, quae in tractatibus porro acta sunt apud Meierin l. c. p. 813. & tom. 2. p. 77. 91. 93.

\* II. Alteri sanctioni, quae dubia circa interpretationem legum remitti ad comitia iubet, primam, quod ex actis constet, ansam praebaerunt euangelici status mense Augusto 1646. in der Gegenzklärung punto grauaminum, vbi in fine aiunt: "Die dubia, so bey solchen Gerichten vorfallen, sollen alleit ad comitia imperialia zu resolviren -- remittirt werden" (i). Cui conuenit eorumdem declaratio in punto grauaminum legis Suecicis d. 27. Febr. 1647. exhibita art. 22. in fine, verbis: "Duba bisce in duabus iudicis summis emergentia, remittuntor ad comitia imperii vniuersalia" (k). Eique mox calculum adieccere caesarei verbis statim ita, vt in pace nunc continentur, conceptis tum in declaratione Suecicis d. 5. Mart. 1647. exhibita (l), tum in ea, quae dictata fuit Osnabrugae d. 30.

Ian.

Ian. 1648. (m). Quia in re hoc vnicum obseruare iuuat, ex prima ista propositione non minus, quam ex prima responsione caesarea, manifeste liquere mentem faciendi hanc legem de ambobus imperii summis tribunalibus, sed, quod casu forsitan accidit, in postrema declaratione caesarea d. 30. Ian. 1648. sanctionem hanc cum reliquis, quae de solo tribunali aulico loquuntur, ita coniunctam fuisse, ut ex sermonis ordine, quo pax Westphalica rem proponit, solum consilium aulicum haec tangere videantur. Sic proinde non sine ratione interpretatur etiam hunc pacis locum acutus ille HENNIGES (n).

At nihil fecius tamen ex mente, actis, & analogia, quin, si fallimur, obseruantia etiam utriusque supremo tribunal hanc sanctionem quadrare putauerimus.

(i) Meierin act. pac. Westph. tom. 3. p. 340.

(k) Meierin l. c. tom. 4. p. 99.

(l) Ibid. p. 152.

(m) Ibid. p. 965.

(n) HENNIGES in medit. ad P. W. art. 5. §. 56. not. e. tom. 1. p. 680.: "Hic statuitur, inquit, quid faciendum sit de dubiis circa interpretationem constitutionum & legum imperii oriundis, & quidem, quod ad iudicium aulicum attinet". &c.

\* III. De ordinatione consilii imperialis aulici eiusque, quem supra retulimus (o), passu huc pertinente non est, quod moneatur, nisi quod aequa ac compluribus aliis locis hic grammatica fere exppositio verborum pacis Westphalicae inferta sit, quod vel insipienti ciuiis in oculos occurrit. Superuacaneum erit addere, quod nihilominus posthaec, quae in ipsam ordinatem illam prodire, statuum monita numquam non hoc inter alia monuerint, non satis obseruari hoc, ut ab interpretatione legum imperii se abslineat supremum illud tribunal aulicum (p). Ipse quidam huius tribunalis assessor ad hunc locum, vbi remissio eiusmodi causarum ad comitia ordinatur, adnotauit: "Hoc numquam factum" (q).

(o) Vide supra not. e.

(p) Vide, quae recensentur in Fried. Carl Mosers Geschichte und Erläuterungen des R. H. R. D. part. 2. p. 250. sq., vbi ex scripto quodam de anno 1686. memoratur: "Man sei bisher gewahrt geworden, wenn über Reichs-Constitutionen ungleiche oder streitbare Meinungen entstehen, daß solches

138 CAP. II. DE IURE ET OFFICIO SVMMOR. TRIB.

amino selches pure nach Gefallen des R. H. R. erklärt, und zum Nachtheil ein oder anderer Parteien und Reichstände gedeutet werden wolle" re. & ex grauam  
nibus statuum de a. 1711: "dass der R. H. R. in den casibus interpretatio-  
nis constitutionum imperii, - in welchen des L. P. W. art. s. §. 56.,  
und die R. H. R. D. tit. s. §. 22. remissionem causiarum ad comitia erfor-  
deren, dennoch sich der Cognition angemessen und so fort gesahren".

(a) (4) F. C. Moser l. c. p. 523, Samml. der R. A. part. 4. in der  
Zugabe p. 67.

(a) IV. Ex ipsa denique PACE WESTPHALICA ad haec huc  
pertinet sanctio art. 5. § 50.: "ne quisquam publice priuatum  
cionando, docendo, disputando, scribendo, confusando transactio-  
nem Passauensem, pacem religiosam vel hanc in primis sue decla-  
rationem sue transactionem vspiam impugnet, dubiam faciat; aut  
assertiones contrarias inde ducere conetur. -- Sed si dubii quid  
hinc aut aliunde incidat, aut ex causis pacem religiosam aut hanc  
transactionem tangentibus resultet, de eo in comitis vel alis im-  
perii conuentibus inter viriusque religionis proceres non nisi amica-  
bili ratione transigatur" (f).

(r) Compara porro, quae a JOSEPHINA inde sanciuntur in CAPITVL. art. 2. §. 3. verbis: "nicht gestatten, dass an eintigen Orten, von  
welchen das I. P. disponirt, in ecclesiasticis & politicis sub quocumque  
praetextu oder ungleicher Auslegung derselben dagegen - - gehandelt  
werde".

§. 37.

b) quid capi- Eamdem sanctionem de utroque supremo tribunali  
pitulatio disertis verbis nec sine grauitate repetit CAPITVLATIO  
caef. CAESAREA, qua inter alia promittit imperator, sine con-  
sensu statuum comitiali I. se non mutaturum esse leges im-  
perii; II. multo minus leges nouas conditurum; III. nec  
wel interpretationem legum imperialium pacisque Westpha-  
licheae sibi soli sumturum; IV. nec nominarim consilio suo  
aulico, nec camerae imperiali illud permissurum; V. nec,  
prius quam in comitiis eiusmodi res definitur, in iis  
quidquam statuturum; VI. si quid horum nihilominus con-  
tingerit, inutilida ea & inefficacia futura esse (a).

(a) CA

(a) CAPITVL. (1665. & 1711.) art. 2. §. 4. n. 1. "Des heil. Reichs Ordnungen und Gesetze -- keineswegs ohne der Erbfürsten, Fürsten und Stände auf Reichstagen vorhergehende Bewilligung ändern; vielmehr neue Ordnungen und Gesetze im Reiche machen, noch allein die Tinz-terpretation des Reichs-Satzungen und Friedensschlusses vornehmen, (add. 1742.: noch dergleichen unfern R. 15. R. oder C. G. gesetzten,) sondern mit gesamter Stände Rath und Vergleichung auf Reichstagen damit verfahren, zuvor aber darin nichts versagen, noch ergehen lassen, (add. 1742.: als welches solchenfalls ungültig und unverbindlich seyn soll)".

\* I. Prima huius sententia ansam praeibusse reperitur FRIEDE-RIEVS WILHELMVS Brandenburgicus elector, qui legatis, eligendo ROMANORVM regi FERDINANDO IV. destinatis, hoc inter alia in monendum commisit: "Ve Romanorum rex, si quid dubit circa sensum legum publicarum, ac praeципue partis sacrae, occurrat, eius interpretationem sibi non arroget, sed e consensu vniuersorum ordinum circa eam statuat, in primis circa controvierias, quae religionem, ritus, scholas, consistoria, bona sacra, & similia spectant. Nam par utique esse, vt, quae pax per transactionem bistrisque partis consensu coaluit, eiusdem interpretatione pari ratione fiat"; iterumque: "Ve inter gratia imperii negotia, quibus statim ab initio electorum consensus adhibendus est, expresse numerentur, quae proscriptionem ordinum vel interpretationem legum publicarum tangunt, eoque fine a singulis electoribus in aula caesarea delegati praesto sint" (b). Sed moniti huius in capitulatione ista FERDINANDI IV. nullius effectus fuit (c).

(b) Sam. de PUFENDORF de rebus gentiis Fried. Wilb. M. elect. Brand. lib. 4. §. 40. tom. I. p. 234. sq., & ex eo MOSERS Anmerk. zur Wahlcap. Cap. VII. part. 2. p. 94.

(c) Qui factum fuerit, vt monitum illud eo tempore haud attendetur, ex sequentibus videre est, quae excerpta contigit ex actis de electione FERDINANDI IV. MStis, e quibus suppleri hic commode possunt, quae adnotauit MOSERS l. c. Nimis in prima sessione habita d. 25 Maii 1653. Inter alia occurruunt sequentia: Thurn-Brandenburg: Ratione dubii intellectus wiederholten sie nochmahlen ihr bey vorigen consultationibus zu Regensburg geführtes monitum, und batzen solches zu attendiren. . . . Chur-Maynz: Interpret. causa, dub. anlangend hätte solle alsschon in I. P. hte Maasse, und demnach alssich nicht zu repetire, wollten doch Vorsinnende vernehmen. Brochte Urtage, Chur-Trier: weil wegen interpre, eas, dub. alsserorts in I. P. gangsame Verfehang, sey die

Erweh-

eribus xlii  
I endiget zli  
fit mundubri  
eo mundi (e  
scepterum si  
mensisiboi  
zengel erio

Erwähnung allhier unndthig . . . Chur-Sachsen: Interpret. dubiorum sey unndthi speciarum in capitulationem zu bringen, massen der Friedensschluß künftigen eligendum dazu verbunde ic. Chur-Brandenb.: daß der interpr. dubior. nicht in eis i ul. zu gedenken, stellen sie es auf die maiora . . . Chur-Pfälz conformire sich mit praeced. maioribus. Chur-Maynz: Interpret. dubiorum sey auszulassen".

\* II. Similiter, quum de eligendo L E O P O L D O Imp. ageretur, anno 1658, hoc monuerunt euangelici principes: " daß der Kaiser sich der Interpretation der Reichsschäzung, und insonderheit des I. P. allein nicht anzumassen, sondern so sich ein dubius intellectus ereignen sollte, mit gesamter Stände des Reichs Vorwissen, Nach und Vergleichung auf öffentlichen Reichstagen damit zu verfahren, zuvorher aber darin nichts zu verfügen, noch ergehen zu lassen" (d). Quumque idem fere ab electore Brandenburgico & Palatino moneretur, immo cunctis inferendum placeret electoribus; tanto magis mirandum, necdum in Leopoldina capitulatione huius rei mentionem fuisse factam. (e)

(d) Moser l. c. p. 96. vbi: "Ich weiß aber nicht, inquit, wie es zugegangen, daß doch wieder nichts von dieser Sache in Kaiser Leopolds Capitulation gefommen ist".

\* III. Tandem, quum principes in condenda capitulatione perpetua anno 1663. idem monitum repeterent, insertum illud fuit eidem illi perpetuae capitulationi, at nondum tamen Iosephinae, sed denique Carolinae capitulationi, cui addita modo 1742. specialis summorum imperii tribunalium mentio (f).

(f) Moser l. c. p. 96. sq.

### §. 38.

B) Ex eundis iis legibus I) indubium est a) saluam esse interpret. earum iuris normarum interpretationem, quae non a caesarie & imperio vi legis munitae, sed quae ab ipsis iis, qui iurisdictioni summorum tribunalium subiecti sunt, ortum habent,

bent, quarumque de sensu a litigatoriis solum inter se in-  
uisem disputatur; veluti si de sensu legis prouincialis vel  
familiae, statuti, priuilegiis, iudicati, testamenti, seu de  
pacti cuiusdam intellectu, aut de probatione ex sensu doc-  
umenti dictiue testium erpenda inter statum & subditos,  
seu inter plures status, seu inter agnatos familiae illustris,  
seu inter priuatos denique inter se in supremo foro litigan-  
tes disceptatur. De iis omnibus enim in legibus potesta-  
tem interpretandi circumscriptis ne verbum quidem  
occurrit. Nec prosector iudicis amplius officio fungi pos-  
sent suprema tribunalia, si harum rerum potestas, iudici  
cuius essentia, iis adimeretur.

## §. 39.

Vicissim autem singulae illae sanctiones in eo citra con-  
trouersiam amice conspirant, ut ea legum imperii inter-  
pretatio, quam vocant *authenticam*, nec a supremo alteru-  
tro tribunali, nec vel a solo imperatore fieri possit. Quod  
certe, quum talis interpretatio noua legislatio sit, quim-  
que omnis legislatio in imperio nostro consensum statuum  
comitiale requirat, nec solum ex ipsis sanctionibus repe-  
ti opus erat, sed vniuersae iuris publici nostri analogiae &  
vel antiquioribus iam legibus (a) conuenit.

(a) Saltem exempla legum imperii tam antiquorum non aliter, quam  
ni consensu comitiali, declaratarum satis in promptu sunt. Vide e. g. *Ordnung*  
des Landfriedens zu Worms 1521, tit. 4, §. 1, verbis: *Als auf dem gehal-  
tenen Reichstage zu Freyburg etliche Artikel unseres Kaisers, Landfriedens  
weiter vertheilt und declarirt sind derjeben etliche jego durch uns, auch  
Erbfursten, Fursten und andere Staende, hier verjaemelt, wiederum er-  
neuert, approbit, auch etliche weiter erklärt*; & quae porro allegat Io.  
LIMNAEVS ad capitol. Car. V. art. 2, n. 4, sq. p. 138. f. 108r  
F. 40.

II.) Quæstio Ast vero, an omnis reliqua legum interpretatio per i-  
autem super-  
est: a) an o-  
mnis legum  
interpretatio  
nouioribus hisce sanctionibus plane abrogatae sint? aut  
verita iudi-  
cūs imp.? *leges prorsus ademta sit augustis imperii iudiciis? num  
quæ adeo leges de iudicio camerali in superioribus relatae  
nouioribus hisce sanctionibus plane abrogatae sint? aut  
quando tunc demum casus ille exsistat, quo authentica  
interpretatio necessaria sit? & quis sit denique effectus inter-  
pretationis seu authenticae, seu eius, quae a summis iudi-  
ciis sit? de iis omnibus non aequa facilis est responsio, nec  
certe ynanimis interpretum sententia.*

\* Miram sane in modum hic fluctuantur, quotquot arduam hanc  
rem tractarunt, quos quidem legere contigit, omnes. Non omnem  
plane legum interpretationem, nec vel ob omne dubium incidentis,  
iudiciis imperii negari posse, agnoscunt plerique tantum non omnes.  
Nonnumquam necessariam esse interpretationem authenticam, eam  
que a summis tribunalibus fieri nefas, uno ore profitentur *omnes*.  
Sed quando adsit haec necessitas? quousque procedat iusta illa sum-  
morum tribunalium interpretatio? hic Rhodus! Aliunt *nonnulli*, do-  
ctrinalem sive extensuam, sive restrictiuam interpretationem relin-  
quendam esse summis iudicis; quasi nec authentica similiter exten-  
sua alia, alia restrictiva sit, & quasi, quod magis est, non possit v-  
bique sumnum tribunal perhibere se intra limites doctrinalis, quam  
vocant, interpretationis subsistere. Aliunt *alii*, tunc authenticam  
requiri interpretationem, si vere dubia sit legis dispositio, aut si de  
mente legislatoris prorsus non confllet, nec interpretatione vel de-  
clarativa, vel extensiva, vel restrictiva in analogia iuris nixa, du-  
biu tolli queat. Sed verendum, ut ymquam vere sic dubiam le-  
gem fateatur tribunal. Et ecce haec de praet judiciali quæstione, in  
qua reapse cardo rei versatur, cognitio erit & arbitrium? Non  
prorsus mirandum denique esse, qui omnem & qualemcumque legum  
interpretationem supremis tribunalibus negandam statuant (a).

(a) Si placet, varias variorum sententias legere, sufficiet hic allegasse  
DECKHERR procl. informat. cap. 1. p. 15. sq., HENNIGES ad I.  
P. W. art. 5. §. 56. tom. 1. p. 681. & art. 8. §. 2. ibid. p. 888. Christ.  
Val. HAFFEL diss. de recursu (Erf. 1702.) thes. 11. & quae ad eam no-  
tauit

tauit LVDOLF de iure can. append. 3. p. 89. sq., Mosers vermischt  
Schriften tom. 2. p. 277. sq. §. 43. sq., KIPPING de SC. can. §. 21.  
sq. p. 47. sq., ECKHARD berinment. lib. 11b cap. 2. §. 87. sq. p. 391.  
sq., praefer eos, quos iam supra (§. 29, \*) meminimus hoc argumentum  
ex instituto tractare, aliaque publica non minus quam priuata scripta, quo-  
rum plura passim in sequentibus allegabuntur.

§. 41. qd audigat ab aliquo inquit ab aliis ad eam.

Et quidem, qui interpretationem legum imperii omnem Quod nega-  
tur; qualecumque sine ullo discriminione ambabus istis pacis  
Westphalicae atque capitulationis caesareae sanctionibus  
intellectam, atque ademiam adeo summis iudiciis existi-  
mant, specie argumenti ex verbis in utraque lege genera-  
liter positis vti videntur. Sed si usquam, certe hic verbo-  
rum generalitatem captare nefas, mentemque magis quam  
verba legum sequi fas est. Enim uero quum nec leges inter-  
pretandi facultate substitutus iudex iudicis officio amplius  
fungi possit (§. 10.), si scilicet omni & qualicunque a le-  
gum interpretatione manus abstinere deberet (§. 26.);  
ecquis crediderit, hanc mentem legislatorum fuisse, vt ea  
facultate priuarentur augusta iudicia, sine qua vix tribunali-  
um nomen amplius meritura forent? Et, si usquam, cer-  
te hic obseruantia, optimam legum interpres, hanc opinio-  
nem destituit, siquidem tota die non possunt non occur-  
rere casus, in quibus leges imperii causis adplicant, adeo-  
que omnino eas interpretentur prius, necesse est.

\* Ad eas modo & euoluas decisiones, relationes, obseruationes,  
antiquas, nouas, quas de camerae imperialis iudicio publici iuris fe-  
cerunt MYSINGERVS, GAYLIVS, MEICHSNERVVS, Ge.  
Melch. de LVDOLF, &, qui hodie summo reipublicae emolu-  
mento hanc spartam ornat, per ill. L. B. de CRAMER (in duplice  
praestantissimo opere obseruationum & der Wehlarschen Nebenstun-  
den). In utraque fere horum operam pagina deprehendens legum  
imperii interpretatione in lucem postiarum exempla.

44. CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SUMMOR. TRIE.

Nec enim  
derogatum  
est pristini  
legibus;

§. 42.

Nec credibile est, pacis Westphalicae aut capitulatio-  
nis caesareae auctoribus vniquam in mente venisse, ut  
derogarent iis, quae ex ordinatione camerali aliquis legi-  
bus imperii supra de potestate, speciatim iudicij camerale, in  
declarandis legibus prolati sunt. Quodsi enim leges  
vniuerse ita interpretari oportet, vt, quoad fieri potest,  
una alteri concilietur, nec, nisi de voluntate legislatoris  
satis constet, lex mutata abrogatae censenda sit; certe &  
conciliatio ista hic commode fieri potest, & cessat omne  
indictum voluntatis istius derogandi legibus prioribus, qua-  
rum nulla plane in actis, quae ex historia vtriusque legis  
recensuimus, occurrit mentio, & quae porro alia prorsus  
occasione aliisque ex rationibus, iisque maxime in speciali  
& circumspectissima rei judicariae cura prudenter disqui-  
sitis, latae sunt, quam vt nonioribus illis sanctionibus sine  
expressa declaratione sublatae censeri possint, in quibus ne  
patiebantur quidem rerum circumstantiae, id genus qua-  
stiones tam curate disquirere, nec vel ullum aliud reperi-  
tur vestigium abrogatarum istiusmodi legum camerarium  
tanta olim cura & circumspectione conditarum.

\* Si dicendum, quod res est, tum pacis Westphalicae, tum capi-  
tulationis nouissimae auctoribus proprie hoc hic curae cordique  
fuit, vt, si qua lex interpretatione authenticā indigerit, hanc non  
falus imperator, tamquam referatum, sibi fumeret, sed aequa ac  
nouam, quamlibet legislationem, libero statuum comitiale suffragio  
subiiceret, & si proinde in summo alterutro tribunalī dubium tale in-  
ciderit, quod interpretationem authenticā exigere, hanc similiter  
nec ab ipso tribunalī, nec a solo caesare, sed a caesare & statibus  
in comitis fieri caueretur. Verobique siccirco supponitur authen-  
ticāe interpretationis necessitas. At quando praeceps haec necessitas  
existat, seu quanam dubitatio praeceps authenticā hanc interpre-  
tationem requirat, neutra lege definitum, multo minus de mutan-  
dis,

dis, quae pristinae leges hanc in rem statuerant, vñquam cogitatum fuit. E contrario post pacem Westphalicam manifesta pristinorum legum ratio fuit habita; dum diu pothac de dubiis cameralibus fuit actum (§. 33. f. b.), quorum vel in monitis ad eundem huncce capitulationis caesareae paſsum adhuc principes nuper mentionem fecerunt, eamque ita comparatam, vt similiter hic per hypothesin adesse necessitatem interpretationis authenticæ ſuppónant, eius autem ipſius caſum haud definiſire admittantur (a).

(a) Vide die alſtſtlichen monita d. d. Dſſenbach den 16. Det. 1741. p. 24.: "daß der regierende Käyfer nicht geſatte, daß die Reichsgerichte in zweifelhaften Fällen ſich den nach Maßgab I. P. W. art. 5. & 55. dem Käyfer und dem Reich gehörigen Interpretation derer Reichsgesetze anmaßen; ſondern es ſollen die Reichsgerichte, ſo bald als dergleichen caſus vorkommt, die Sache an den Käyfer und das Reich remittiren, auch durch einen ad co- mitia zu erlaſſenden Bericht die dubia cameralia, und welche leges etwa ei- niger Interpretation und Erläuterung Ihrer Meynung nach bedürfen, gezie- mend anzeigen". Moseſ Wahlcap. Car. VII. im Anhang p. 47.

### §. 43.

Age, potius periculum faciamus conciliandi leges has-  
ce nouiores cum antiquioribus, quod tanto minus fore, vt  
successu deſtituatur, metuendum eſt, quanto magis eadem  
haec interpretatio & analogiae vniuersi iuriſ ipsique rerum  
indoli, & actis historiam ipsarum legum demonstrantibus,  
& obſeruantiae, quam ſaepe laudauimus, optimae legum  
interpreti, conueniet. Quae certe omnia eo tendunt, vt  
iustissima pacis Westphalicae & capitulationis interpretatio  
ſit, vt ſalua per utramque ambobus augustis tribunalibus  
interpretatio legum imperii maneat, quamdiu de earum ſenſu  
tantummodo diſceptatur inter ipsas partes in augusto foro  
litigantes; contra vt vetita illis eadem interpretatio ſit,  
quamprimum non ſolum inter ipſos illos litigatores, ſed in-  
ter eos, quorum controuerſiae huic foro non ſubiectae ſunt,  
de ſenſu legis imperii diſputatur.

F 3

§. 44.

## §. 44.

Adeoque sal-  
uum est ius  
ferendi de-  
cretagenera-  
talia;

Sic omnino adhuc utriusque supremo tribunali salua res est, *decretis generalibus* occurrenti etiam iis aduocatorum & procuratorum abusibus, quibus haud raro sub specie mitioris interpretationis optimarum legum usum, vel in rebus quidem minoris momenti adparentibus, nec exiguo tamen rei iudiciae detrimento, euertere admittuntur. Quos contra conatus recte summa tribunalia veriorem legis interpretationem vindicant, quamdiu non alia, quam inter litigatores eorumue caussidicos, de illa quaestio agitur.

\* Exemplum quoddam nouissimum, idque loco omnium, suppeditat decretum camerae generale d. 1. Febr. 1748., quod inseruit PRAESES in *introduct. in rem iud. imp.* p. 275. sq. Id quod verum sensum R. I. N. §. 67. contra insignes nonnullos abusus vindicans, adeoque iustum legis imperii interpretationem statuens, tantum abest, ut iniustiae argui possit, ut summam potius laudem mereatur, summoque plausu, fore, ut olim aliquando a caesare & imperio probetur, non dubitandum sit.

## §. 45.

2) ius came-  
rae statuendi  
in pleno  
praeiudicia  
& SCta;

*Speciatim* supremo camerae imperialis iudicio adhuc est potestas tum de iis, quae in ipsa ordinatione camerale aliisque *legibus iudicariis*, tum de iis etiam, quae citra ordinem iudicarium in *ipsis iuris articulis* dubiae videntur interpretationis in pleno alessorum senatu, quid fas sit, prouisoria statuendi *sive praeiudiciis*, quae in posterum sequi oporteat, in pleno probatis, *sive senatus consultis* expresse conditis; modo vtroque casu non alia, quam prouisoria usque ad ratificationem comitialem iis tribuatur efficacitas, & modo non alia intercedat quaestio, quam inter singulos solum litigatores huius foro subiectos ventilata.

\* Etiam huius rei exemplo nouissimo inseruit *SCrum de revisione a denegatis processibus* haud admittenda d. 6. Dec. 1750. a iudicio camerali

merali conditum, de quo PRAESES in *introd.* in rem iud. imp. p. 500. not. b. & Phil. lac. RASOR in *diss. de remedio reuisionis aduersus decret. extra judicialia locum non habente* Giess 1752. Compare quoque LUDOLF *comm. system. de iure cam.* lect. 1. §. 7. n. 3. p. 51., ubi testatur, camerale collegium consultis & decretis generalibus tamdiu insistere, donec imperii nomine aliud statuatur.

## §. 46.

Quin ambobus etiam supremis tribunalibus sub eadem ius inter-  
hacce circumscriptione licet in singulis quibusque causis pretandi le-  
statuere eam legis imperii interpretationem, quae iusta illis ges imp.  
videtur, & quae ad definiendam causam necessaria prius  
est, quam lex ad factum applicari possit. Hac enim pote-  
state vti quilibet iudex, nisi iudicem esse desinere velis, ca-  
rere omnino nequit (§. 10. 41.), ita nec iustis quispiam ar-  
gumentis euincet, eam vila lege supremis iudiciis ademtam  
esse.

\* Non repetemus hic, quae in superioribus hanc in rem satis fu-  
perque disserimus. Sed noui argumenti loco contendimus, *vel in-*  
*feriorem iudicem nihil iure impedire*, quo minus legem a superiore  
latam interpretetur, quamdiu modo disceptatio, quae sic decidi-  
tur, inter partes isti foro subiectas versatur. Sic, quae si vitu-  
perauerit tribunal Wismariense R. I. N. §. 106. interpretatum teste  
MEVIO P. 3. decif. 154? Quis negauerit magistratui urbis ius deciden-  
di lites opificum sibi subiectorum, si vel maxime flatuta eorum au-  
toritate principis & vel caesaris condita fuerint (a)? Sed quis pla-  
ne summis imperii iudiciis hanc potestatem detraherit?

(a) Talis circiter casus fuit, in quo omnino magistratum praeteriti  
non posse, iustis rationibus respondit Sam. STRYCK in *confil. Halens.*  
tom. 1. part. 1. resp. 252. n. 8. p. 674. sq.

## §. 47.

Sane si prorsus haud controversa est interpretatio le-  
gis, & nec inter ipsas quidem partes litigantes disputata;  
nemo ullus facile in controversiam vocabit istam summo-  
rum

rum tribunalium facultatem interpretandi leges imperii legitimam. Sed si vel maxime disputata fuerit in utramque partem ab utroque litigatore seu caussidico, non minus perinde erit. Aut, quaelo, doceas, ullam hoc voluisse legem, ut quaelibet de interpretatione legis in foro enata partium disceptatio iudicem officio suo confessim inhabilem efficeret. Certe si hoc fas esset, eheu omnem rem iudicariam! Quid facilius enim pessimae cuiusque caussae patrono, iusti iudicis vindictam metuenti, quam ut litem de sensu legis, sine qua caussa decidi nequit, praetexat, ad extortum ex eius manibus iudicium, si hoc solum sufficeret ad sistendum iudici pedem (a).

(a) Verissimum est ratiocinium, quo vitur comes de SPO N ad capitul. Car. VII. (Francol. 1746. 4.) art. 2. §. 5. p. 78. not. e.: "S'il n'  
"éroit point permis - - d' interpreter - - , il n'y avroit presqu' aucun pro-  
"cess important qu' on ne pût traduire à la Diète. Car comme la facilité  
"des plaideurs fait donner à toutes choses des tournures finitives, l'on tâche  
"soit toujours de rendre l' esprit de la loi douteux, afin de l'affranchir à l'  
"interpretation & en demander le renvoi par devant les comices généraux".  
Prudenter itaque moneri curavit princeps Badensis ad montium Offenbachense,  
quod supra (§. 42. a) retulimus, ut adnecteretur: "Jedoch verfehlt  
sich solches nur von solchen Fällen, wo die Reichsgesetz in der That unlauter  
und zweifelhaft sind, nicht aber von solchen, welch: nur von ein oder der  
andern Partie, zu der Sachen Verkörperung, ohne hinlänglichen Grund, vor  
zweifelhaft wollen ausgegeben werden; da über geus denen Reichsgerichten die  
interpretatio doctrinalis nicht entzogen werden kann". Mosers Wahlcap.  
Car. VII, im Anhang p. 238.

## §. 48.

& vel ad co-  
mitia prouo-  
cauerint.

Ex eadem hacce caussa nec hoc sufficere concedet iu-  
stus rerum arbiter, si vel maxime unus alterue litigator ex-  
presse ad comitia imperii prouocet, & ad ea interpretandae  
legis imperii ergo caussam remittendam esse clamaret. Ec-  
quis enim hoc iuris dedit litium dominis? Non profecto,  
si qua dubia circa interpretationem legis ab uno alteroue  
litigante moueantur, seu quandocumque ad illorum pala-  
tu n

tum sit comitia potius quam tribunalia, aut, si manuis, nullum iudicem habere, remittantur caussae, inquit pax Westphalica, sed si qua dubia occurrunt, ipso tribunali de necessitate interpretationis authenticae conuictio, tunc non praecise ad clamorem partis, sed vel ex officio remittantur eiusmodi caussae.

\* I. Casum eiusmodi recenset LVDOLF in *sympborem. consult. fo-  
rense*. tom. 3. conf. 14 p. 329., quo quis recusauerat iudicium ca-  
merale, eo quod caussae decisio ex pace Westphalica debeat fieri,  
quam utraque pars ex diuersis principiis pro se alleget; quare ca-  
merae nullam competere cognitionem, sed ad comitia pertinere,  
ad quae sollempnis facta prouocatio. Sane ex tali principio (inquit  
LVDOLF l. c.) omnis iurisdictionis camerale infringeretur, quando-  
cumque in instrumento pacis aliquis feso fundat. Concludit itaque,  
quod nihil obstante prouocatione ad comitia ad decisionem huius  
caussae iudiciale sit perendum. Quod certe eatenus, ut sola ista  
prouocatione haud obsit, summo iure factum; licet alias huius loci  
haud sit, speciales istius casus circumstantias disquirere.

\* II. Alium casum recenset Ioaunes DECKHERR (a), & testa-  
tur insuper, "saepe contra partes recursum tentantes & remissio-  
nem petentes, denegata ratione remissionis facta petitione, decerni  
mandatum de exequendo".

(a) Integrum meretur adponi DECKHERRI testimonium, soli-  
dumque, quod pro more addit, ratiocinium, ex processu eius informativo  
cap. 1. p. 15. sq. vbi prius moner, subtrahere summis tribunalibus inter-  
pretationem legum, item esse, quam "omnem iurisdictionem & iustitiam  
cum ipsis fundamentis subvertere, unaquaque parte, caussam suam con-  
cervere articulum legis publicae dubium; inferri sibi praetenditum; caussam  
ad comitia pertinere, inclamatura, vimque rerum iudicatarum elusura".  
Deinde post allegatum R. D. 1557. §. 5. (vid. supr. §. 33. b.) pergit: "Si  
itaque de articulis decisivis inter supremorum iudiciorum iudices & senato-  
res in pleno consilio de interpretatione quarumque constitutionum impe-  
rii iuxta iura communia conuenierit, quis abrogaret temere lege publica  
nimam potentiam? quis quotidiana negasset legitima eius exercitiam? Atque  
ita, post certissima cumulatissima alia exempla, nuperrime quum de sensu  
ord. cam. cameralebus immunitatem von Abzug und Nachsue largientis, &

## 50 CAP. II. DE IURE ET OFFICIO SUMMOR. TRIB.

„an haec immunitas ratione omnium honor m in quoconque loco habito-  
rum intelligenda sit? disputaretur; Doctor N. affirmatiam, republica N.  
negatiuam strenue defendentibus, non attenta allegata dubiae legis exten-  
sione, & praesudicio torus imperii vendato, senatus pro auctor pronun-  
ciavit. Et quæsto, quid sibi velint pro affirmativa stantes omnes iudicat  
nei. & vota, edita & non edita? quid iudices supremi & ultimi? quid iu-  
dicta ipsa? si non in tantorum iudiciorum potestate esset in his, negato re-  
cursu omni, ius dubium, inter collitiones & altercationes partium mutuas,  
quum per eminentiam legislatorie nihil disponatur, soluere? si non de iudi-  
tia sententiae docerent? &c.

### §. 49.

Sed quando b) opus erit  
interpre-  
auth. ohe, inquieris, de libertate statuum, de iustissimis summo-  
rum tribunalium limitibus conclamatum erit! Numquam de necessitate remittendi caussas ad comitia se conuictos fa-  
tebuntur summii iudices! Numquam remittent! En exper-  
ientiam, dices, testem! En, ecce, inquieris, rationem,  
cur tam rara, cur vix illa in promptu sint factae eiusmodi  
remissionis post legem tam claram, tam salubrem exempla!

### §. 50.

Respond. 1) Fatemur etiam hic ancipitem caussam, maximumque si ipsi iudi- discriminem abutendi potestate iudiciafia, si nil nisi iudicis ar- citis ita vide-  
tur, bitrum, si pro ratione voluntas staret. At tanto laudabili-  
lor ut erit iudex, qui, procul a conatu limites suae pot-  
estatis excedendi, legislatori, quae legislatoris sunt, relin-  
quit; ita digna suprema tribunalia hac fiducia sunt, ut du-  
biae legis interpretationem authenticam ab aliis potius ex-  
spectare, quam falcam in alienam messem ingerere ea mal-  
le, sperari queat, si qua dubitatio id exigere iis videatur (a).

(a) "Neque desens (inquit HOFFMANN de rat. interpr. leg. imp. cap. 4. §. 6. p. 52.) exempla, quod iudicia imperii in caussis dubiis a senten-  
tentiis suis absoluuerint & declarationem legis ab ipsis cornitiis petjerint". Quod illustrat simile exemplo dubitationis de arrestis 1577. a camera ad cancellariam Moguntinam delatae. Eique simile testimonium reperitur in dem

Preuß

Preussischen Schreiben wegen der Succession in die Limburgische Reichs-Lehen d. d. 11. Apr. 1721. in Fabers Staatsanzeig com. 33. p. 605 verbis: "Das letztere bestätigt praxis imperii dadurch, weil praetudicia vorhanden, nach welchen das Kaiserl. und des H. R. R. C. G. denen durch die Partheyen als unlauter angegebenen Reichs-Fundamental-Gesetzen die interpretationem authenticam, nicht durch sich selbst, wenn es gleich in der Sache unsrechter Richter ist, beibringen lassen, sondern per interlocutoriam den Bescheid dahin entheilen wollen und sollen, daß alsdann allererst, wann von dem Reich die interpretatione authentica vorher gegangen, die Judicatur erfolgen würde. Ingenuus tamen confiteri oportet, nos quidem latere vera huius rei, quae proprie hic quadrant, exempla, ab aliis forte felicius obseruata. Sed meminisse iauabit, que speciatim de consilio imperiali aulico retulimus supra (§. 36. \* III.).

## §. 51.

Maxime tunc ipsa suprema tribunalia non facile diffi-  
tebuntur expetendam sibi esse eorum, quorum est leges  
ferre, authenticam interpretationem, si quando *in pleno*  
*consilio non ita conuenerint suffragia*, vt de veritate & iusti-  
tia interpretationis adoptandae sat certo iis ipsis constet (a),  
aut plane, si, quod diserte necessariam reddere remissio-  
nem ad comitia pax Westphalica sancit, in dijudicandis  
causis ecclesiasticis vel politicis *inter partes diuersae religio-  
nis*, postquam in pleno etiam senatu, pari tamen semper  
vtrinque iudicantium numero examinatae fuerint, contra-  
riae orientant sententiae, *catholicis* quidem in *vnam*, *Au-  
gustanae* vero *confessionis* assessoribus in *aliam* abeuntibus (b).

(a) Hoc sane probant ipsa legum verba, quas supra retulimus (§. 33 a.).

(b) Vide ipsa haec verba in I. P. O. art. §. 55., & quae ad ea commentatur DECKHERR in vindic. ad Blum. cit. 28 n. 81. p. 447. sq., in *confidit. forensi*; lib. 1. cap. 63. ad n. 81. p. 314. sq., & in *concord sum-  
mor. trib.* cap. 4. n. 14. sq. p. 30. sq.; vbi simul huius quidem remissionis  
generis exemplum additur sat celebre in Sachen Bürgermeister und Rath  
der Stadt Speyer contra Dechanten, Capitel und gemeine Pfaffenheit daselbst,  
qua nempe in causa d. 23. Aug. 1659. decretiv camera; "Nidigen Supplican-  
ten ihre Nothdurft, ob sie wollen, vermitte Osnabr. Friedensschlusses art. §.  
20. vers. 56. auf künftiger gemeinsen Reichsversammlung vor- und an-  
bringen".

52 CAP. II. DE IURE ET OFFICIO SVMMOR. TRIB.

§. 52.

quum ceterum prae-  
sumtio pro  
iudice sit.

Quinimmo si nec cauſa ita comparata sit, vt opus crediderint augusta iudicia ipsum legislatorem interpretarem adiri, fin ipsa potius legem interpretari sibi sumserint; in eo tamen, quae pro omni iudice, pro illis maxime militabit *praeſumtio*, fore, vt iuste ponderatis vtriusque partis argumentis & idoneis ex rationibus interpretatio ista sic statuatur, vt vero legis sensui quam maxime conformis, *non contra legem sit* (a). Vnde vel ex hoc capite *minus* fere *praeiudicium* videtur adesse, si vel in casu, quo non debebant, (modo vere tamen ac iuste) legem interpretentur summi iudices, quam si nimis arctis in hac re limitibus circumscrabantur, e quibus vix dicendum, quam facile rei iudicariae detrimentum immineat (§. 25. sq.).

(a) Huc potissimum tendit declaratio caesarea, quam ex LEHMANN. NI act. pac. relig. lib. 2. cap. 3. allegat LUDOLE consult. forenſ. tom. 3. p. 329. & iur. cam. sect. 1. §. 4. p. 36., in qua declaratio ita olim caesar: "Sollte je ein casus dermaſſen zweifelhaftig und diſputitlich ſürfallen, daß derselbe ſich ersten Anſehens aus dem Buchſabin ermittelten Religions-Friedens nicht wollte decidiren läſſen, fo versiehet ſich Thro Kaiserl. Majest., es werden E. R. u. B. als Rechtsverſtändige unpartheiſche und chließende Leute und die von beider Theile Religions-Verwandten geſetzt ſind, nichts desto weniger den Verſtand der denen gemeinen geſchriebenen Rechten, auch aller natürlichen Ehrbarkeit, Billigkeit und menschlichen Vernunft gemäß ſey, daraus zu schöpfen, und ſich denselben nach in Verfaſſung ihrer Decreten und Urtheil alter Gebühr wissen zu erzeigen".

§. 53.

Maxime autem 2) ne-  
cessitatem interpr-  
auth., si lis  
non subiecti  
summis trib.

Nihiloſecius haud noſtra mens est statuendi, quod ſuf-  
ficiat, modo iudici lex dubia non adpareat, modo collegis  
nullus de illa diſſensus ſit, modo non contra legem ſiat inter-  
pretatio. Vtrumque enim inuita Themide ſummoque rei-  
publicae & libertatis ſtatuum periculo contingere poſſet, tum  
vt iudices vnanimi ſuffragio vel maiore faltem votorum  
numero ſibi ſumant interpretationem, quae iis non com-

pete-

petebat (a), *tum* vt suadeant sibi aliisque, contra legem non esse interpretationem, quae reapse erat (b). Quapropter iterum irerumque contendimus, qualitercumque res se habeat, in eo casu semper *necessariam* esse interpretationem *authenticam*, eamque numquam ab ipsis tribunalibus sibi iure sumendam, si non solum inter eos, qui in singula quadam causa in alterutro augusto foro litigant, interpretatione legis controuersatur, sed inter eos simul, quorum controuersiae non sunt eius fori, & quae deciderentur tamen, si causam eiusmodi, quae eamdem controuersiam tangit, iudicato terminandam sibi sumerent *suprema* tribunalia (§. 14. 43.).

(a) Quidni enim *in quois casu contendи possit*, non agi de interpretatione legis dubia, sed de applicatione solum clarae legis, quae scilicet iis, qui semel interpretationi alicui fauent, facile clara, vbi alii maxime ambigua, videri potest. Quod, nescimus, an quadrat etiam ei casui, quem supra (§. 48. \* I.) allegauimus.

(b) Nec in eo itaque, quem supra (§. 47. a) laudauimus, comes de Spon rei satisfacit, dum pergit: "Ainsi l'interpretation interdite aux empereurs n'est autre que celle qui au lieu de faire une juste application de la loi pourroit au contraire aboutir à la boulverser soit en tout soit en partie, auquel cas veritablement les états auraient intérêt de s'y opposer." Rectissime quidem negatur summis tribunalibus interpretatione legibus contraria. Sed nec solus iste limes est, quo circumscribitur eorum in interpretandis legibus potestas. Nam semper alias recureret quaesio, cui sit cognitio & arbitrium, utrum legi contraria sit interpretatio nec ne? Conf. Mosers Univerf. zur Wahlcap. Car. VII. P. 3. p. 38.

### §. 54.

Sicuti igitur nemo dubitat, non esse supremorum imperii tribunalium, ut iudicent de controuersiis, si quae fuerint, inter ipsum imperatorem ex una, & vniuersum corpus statuum ex altera parte subortis; ita per se liquet, etiam eos casus, in quibus *imperator & corpus statuum* de sensu legis dissentiant, non posse a summis tribunalibus terminari, & ultra limites adeo potestatis suae ea vagatura for-

re, si quam eiusmodi interpretationem sibi sumere vellent, qua ipsa decideretur illa caesaris & statuum contiouersia, iudicis certe nullius subiecta foro.

\* Sic e. g. constat, imperatorem leges imperii, quae *de iure postarum* agunt, ita intelligere, ut reseratum caesareum hoc ius habeatur, adeo ut vel ius territoriale statuum ei cedere debeat. Contra quae status plus vice simplici (a), iustisque, si quibus umquam, rationibus contendenterunt, ius postarum imperialium non nisi saluo iure territoriali locum habere, nec vel in territorio quodam postis imperialibus locum esse, nisi quatenus illae speciali titulo vel iusta possessione in quoquis territorio in specie munirae sint, nec ius adeo perpetuum illis esse, vbi precario tantum admissae aliquamdiu. Quod certe tum ipsis legum verbis conuenit (b), tum, quatenus dubitari a quopiam voluerit, saltet ita comparatum est, ut expresse iam dudum compositio huius rei inter caesarem & status decreta sit, &, donec illa fiat, nil a solo caesare in ea definiri possit (c). Nam singe, nihil oscius in supremo quodam tribunal contra statum imperii ex eo fundamento, quod postae regalis caesarei sint, agi, & ab illo secundum petitia decerni. Quid quaeque tunc clariss, quam tribunal illud interpretationem legis ac decisionem litis sibi sumere, quae certe non sui est feri?

(a) Vide e. g. Mosers Anmerkungen zur Wahlcap. Car. VII. part. 2. p. 671. sq., ibique vota Brandenburgica & Palatina in primis.

(b) CAPITVL. (1690.) art. 29. §. 1. verbis: "Churfürsten, Fürsten und Stände in ihren Läuden und Gebieten, wo dergleichen Kaiserliche Postämter vorhanden und hergebracht". n. Ergo in iis territoriis, wo sie nicht vorhanden und hergebracht sind, iusta interpretatione status te postis imperialibus haud alligari adfingant. Numque, qui pro postis imperialibus agit, necessario ante omnia probare oportet, daß die Kaiserliche Post in dicti Lande vorhanden und hergebracht sey.

(c) Vide die gegenwärtige Verfassung der Kaiserl. Regier. in Teutschl. (Leips. 1713. 4.) p. 228., MOSERVM QVE I. c. p. 678. & quae ex iis notauit PRAESES in progr. de normar. iur. publ. general. difficult. §. 11. b.

### §. 55.

vel inter ipsa ambo tribu. Eadem fere ratio est, si quando *inter ambo supra* ambo tribu. *tribunalia* dissensus in intelligenda lege oritur, quae in de-  
nalia, ciden-

cidendas caussas influit, in quibus simul de iure vnius alteriusue tribunalis inter se inuicem agitur. Nam nec tunc alterutrum tribunal sibi ipso potest ius dicere. Quumque ut plurimum in tali casu caesar consilii aulici, status iudicij cameralis partes tueantur; perinde est, ac si lis inter ipsum caesarem corpusque statuum veretur.

\* Nota sunt, quae super interpretatione tit. 7. partis 2. O. C. inter ambo augusta tribunalia in quaestione venerunt, solane *feudalia territoria*, an *allodialia* etiam; *integra* dumtaxat, an *partes* quoque; *in possessorio* etiam, an *in petitorio* solum; priuatiue solius aulici senatus, an concurrenter etiam camerae cognitioni subiici possint? Iure profecto nulla harum quaestionum ab alterutro tribunali, nec a caesare solo definiti potest, verum manifesto hic casus est, sola interpretatione authentica eaque comitiali explicandus, cui quoque collegium electorale iam viam parasse testatum est (a).

(a) Vide litt. colleg. elect. d. 14 Febr. 1742, in SCHMAVSS. corp. iur. publ. p. 1498. sq., & quae ceterum hac de re occurunt apud PFERFING. ad Vitruv. tom. 3. p. 321. sq., & in primis quoque das Schreiben des E. G. an R. M. vom 31. May 1702. in S. Manderscheid contra Schwarzenberg in Zschackwitz neuester Grundfeste des H. R. L. R. part. 3. p. 93. sq.

### §. 56.

Quodsi porro inter ipsa statuum corpora *et* collegia lis vel corpora oritur, pro hodierno rerum statu vix vnuquam fieri poterit, vt talis controuersia cognitioni summorum tribunalium subiiciatur. Nec maiore itaque iure definitur ab iis controuersus forte inter tria imperii collegia, veluti inter electores praesertim & principes, legum imperii intellectus.

\* I. Olim quidem fieri potuit, vt lis e. g. inter ambo superiora imperii collegia & ciuitatense quod vocant, collegium *super plurimatate suffragiorum* *votoque ciuitatum decisivo* iudicaria caesaris auctoritate tractaretur, veluti quod factum sub CAROLO V. Imp. constat ex iis, quae recenset DATT. de pace publ. lib. 5. cap. 6. p. 802. sq. At an hodie vnuquam simile quid admitteretur, vehementer dubi-

## 56 CAP. II. DE IURE ET OFFICIO SVMMOR. TRIB.

dubitamus, idque tanto magis, quanto minus negari potest statibus in corpore supremi quoddam imperii consortium, adeo ut singuli quidem a caelare eiusque tribunalibus ceu subditi considerari queant, sed in corpore respectum superioris induant. In superiorem vero iurisdictioni exercendae non est locus.

\* II. Certe si consideraueris e. g. electorum ac principum de intellectu CAPITV L. art. 3. §. 11., ceu functionis *de eligendo rege Romanorum*, controuersiam, & vel eamdem illam *de voto decisio* in pace Westphalica ciuitatibus tributo superstitem quaestionem; mox, hodie harum legum interpretationem non esse huius fori, fateberis.

\* III. De circulis, itidem statuum corporibus, maiore cum distinctione dispiciendum est. Quodsi enim singulus quidam circulus tamquam persona, vt aiunt, moralis quid agit, promittit, conuenit; certe vniuersus quisque circulus ceu subditus in ius vocari coram summis tribunalibus potest, eorumque iurisdictioni subiectus illorum etiam interpretationem iudicariam pati debet. Modo si de iis, quae ad statum circulorum internum ciuilem, bellicum seu economicum spectant, agitur; nouissime maxime leges arctioribus summa tribunalia limitibus circumscribunt (a). Quibus addendum censemus, quandcumque alias circuli non tamquam subiecti iudiciis imperii, sed potius ceu superiores eorum intuitu considerari queant, veluti si quid plures vel plane omnes circuli ita inter se statuerint, vt vel vniuersum imperium maiorem eius partem efficiant, id quod in ordinatione executionis & in associatione circulorum contigisse constat; vel si, quod ad cameram in specie attinet, de iure praesentandi assessores camerales in dissensu circulus incidit, quo casu vix natura rei patitur, vt assessores de ipsorum iure, quorum presentatione ipsis constituantur, iudicent (b).

(a) CAPITVL. (1742.) art. 12. §. 4. Conf. Io. Ge. ESTOR de restricta agendi appellandique facultate ratione bellicorum, ciuilium & economicorum, de quibus circuli Germaniae statuerunt. Ien. 1744.

(b) Conf. Joh. Jac. Reinhardts Gedanken über die Frage, wohin die Streitigkeiten wegen des Rechts einen Beysitzer des R. u. N. C. G. zu präsentiren zur Erörterung gehören, und was in dergleichen Fällen hocherwähntes Gericht zu thun vermöge? in seinen kleinen Ausführungen part. 2. p. 1. sq.

## §. 57.

Maxime tandem inter status, quatenus religione diversi in duas partes eunt, i. e. inter *corpus euangelicorum & catholicorum* cessat omnis iudicaria potestas. *Et cathol.*  
*praeſertim inter corpus euangel. & cathol.*  
 quoties proinde ambo haecce corpora in interpretanda legi diuersam amplectuntur sententiam; in hoc diffensu decidendi ius nequaquam est summis imperii tribunalibus, adeoque nec sententiam ferre possunt, quae supponeret definiendum prius controversum illum legis sensum, quem ambo corpora inter se disputant,

\* Ex quo pace Westphalica art. 5. §. 52. sanctum est, ut, catholicis & A. C. statibus in duas partes euntibus, *sola* amicabilis comparsio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate; certe non potest iudicaria caesaris eiusue tribunalium auctoritas hoc genus lites dirimere. (a) Adeoque simulac alterutrum corpus in interpretatione legis ab altero disserit; non sufficit iudicaria summorum tribunalium auctoritas ad definiendam controversam eiusmodi interpretationem; id quod sexcentis de simultaneo, de iure reformati, de iurisdictione ecclesiastica aliisque exemplis, si vacaret, illustrari posset.

(a) Iam ante pacem Westphalicam hoc solidissimis argumentis deduxere status euangelici in LONDORP. *ad. publ.* tom. 5. p. 424 verbis: "Ausser diesen decidirten Fällen kann man sich vor Erörterung derer zweifelhaftigen Fälle, deren determinatio zu Ihrer Kanzl. Maj. und gesammtter Stände, als partium transigent, Vergleichung sicher, zu keinem andern iudicio verschen". & porro: "Man haben auch ferner Ihre Maj. & der sonst benötigten Declaration in Religions-Sachen, krafft mehr angezogener Constitution, und andern dero auf viel unterschiedlichen Reichstagen ergebenen Kaiserlichen Resolutionen und Erklärungen, ausdrücklich begeben, und solche zu beiderseits interessirren Ständen freund- und endlicher Vergleichung gestellt; und zwar nicht unbillig, dann sonst, wann außer diesem in andere Wege einige declaration oder interpretatio constitutionis vorgehen sollte, würde dieselbe auf eine Constitution oder legem hinaus laßen, dessen sich weder Ihrer Kanzl. Maj. ex praedictis anzunässen beachtet, noch auch die camera imperialis, deren weder potestas legis condenda, noch interpretandae zustehet, anmaßen will noch kann. Vielweniger können eines Theils Stände allein der Declaration oder Interpretation derselben dubiorum sich unterfangen, sitemahle, wann

H

## 38 CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SVMMOR. TRIB.

wann in transactionibus ein Zweisel oder Fall, der in derselben nicht gedacht, oder klar gesetzet worden, surfället, so wird zu derselben Interpretation und Erläuterung bekannten Rechten nach, alter Transienten Wiss und Meinung erforder; dann da sich ein Theil allein solcher Cognition und Decision untersuchen wollte, der andere so bald und nicht unbillig denselben pro interprete suspecto halten und rejeiciren würde". Compara quaque, quae continentur in den Gutachten der Evangelischen Stände vom Nov 1645. in Meilen aet. pac. Westph. tom. I. p. 821., & quae praescripta sunt deputatis ad re-solutionem ex capite grauaminum & amnestiae in R. I. N. §. 191.

## §. 58.

Omnis isti  
casus remit-  
tendi ad in-  
terpr. au-  
thent.

In singulis hisce casibus, quoties nempe caussa agitur, quae decidi non potest, nisi definito simul intellectu legis inter caesarem & status, horumque corpora & collegia inter se inuicem controuerso, simulac de dissensu hoc legitime constat, adclamandum iudiciis: *manum de tabula*, & *exspectanda* prius *authentica* eorum, quorum interest, *interpretatio*, ad quam remitti partes litigantes oportet.

In his nempe casibus manifestum est, quadrare verba mentemque sanctionum, quas supra e pace Westphalica & capitulatione caesarea attulimus (§. 36. 37.), vt nec caesari, nec summis eius tribunalibus interpretatio legum liceat, si qua id genus dubia circa eam occurrent:

## §. 59.

Sed c) a quo-  
ferenda in-  
terpret.  
auth. ? Resp.  
non a solo  
caesare;

Verum cui tunc erit interpretatio & quorsum remittenda erunt partes a supremis tribunalibus in caſu interpretationem indigente? Olim quidem fuisse videntur, qui in reseruatis caesaris hoc posuerint, solique adeo imperatori & vel consilio ipsius aulico authenticam legum imperii interpretationem vindicauerint. Ast vero hoc in primis & pace Westphalica & capitulatione caesarea cautum est, vt non *situs imperator*, multoque minus *aulicus eius senatus* hanc potestatem sibi sumat; sed, vt condere leges non est *situs imperatoris*, ita nihil tam naturale, quam vt nec interpretatio talis, quae est instar nouae legis, ei soli tribuatur.

## H

\* Alle-

\* Allegantur quidem R. I. 1541. §. 28. & R. I. 1544. §. 98., in quibus imperator sibi referuauit, si quando opus foret, Declaratio[n] und Erläuterung zu thun. Sed ne videretur quidem de interpretatione authentica in vim legis ferenda hic sermo fuisse, quam saltem hodie post tot nouiores leges soli caesari non competere luce meridiana clarius est. Deinde an ex speciali statuum concessione imperatori soli una alteraue legis interpretatio committi potuerit, alia quaestio est; quam proinde legibus illis reponunt Io. LIMNAEVS ad capitul. Car. V. art. 2. n. 6. sq. p. 159., Gabr. SCHWEDER in iur. publ. part. spec. sec. 1. cap. 25. §. 3. p. 459., LUDOVICI de iure declar. cap. 2. §. 9. p. 11.

## §. 60.

Potius si penitus rem inspexeris, omnes illae sanctio[n]es, quae proprie leges imperii vocantur, non aliam, quam caesaris statuumque consensu componendam, interpretationem authenticam patiuntur. Siue enim leges imperii fundamentalis sint, nempe quae per modum pacti de modo regiminis caesarei inter caesarem & status conduntur; eae certe, nisi pari consensu pactitio, authenticę declarari nequeunt (a). Siue leges imperii ciuiles sint, quae de rebus priuatis auctoritate caesarea statuunt; nec earum confectio & promulgatio, nec adeo interpretatio authentică sine consensu statuum comitiali locum habet (b).

sed a caef. &  
imperio;

(a) Optime sic monuerat FRIED. WILH. Brandenb. elector.: "par  
vitque esse, vt, quae pax per transactionem vtriusque partis consensu coailuit,  
eiusdem interpretatio pari ratione fiat". Vide supra §. 37. 1.

(b) Egregie pariter in voto Palatino 1658. hoc obseruat[u]m fuit:

"Gleichwie ein Gesetzgeber das Gesetz, so er gegeben, auch zu interpretieren darf, so  
haben also wäre billig, daß dem Reich die Interpretation quad[em] constitutiones monitionis  
imperii auch gebühre". Mosera Univer. zur Wahlcap. Car. VII. part. 2. ad am  
P. 95.

## §. 61.

Num solus aliquando electorum consensus sufficiat interpretationi authenticae? eadem quaestio est, ac, num nouae legi sufficiat? Si qua sunt, quae sola caesaris & ele-

nonnum-  
quam solo  
electorum  
consensu,

H 2

ceto-

Etorum auctoritate vim legis habent, in iis eidem auctoritati non denegari poterit facultas interpretationis authenticae. Idque vel in vniuersa *capitulatione caesarea* obtinere videri poterat, nisi conuenisset inter electores & reliquos status de condenda vi pacis Westphalicae perpetua capitulatione, eique non addenda noua lege sine comitali omnium statuum consensu. Vnde nec in capitulatione cum effectu fiet interpretatio authentica, nisi aut consensus reliquorum statuum seu expressus seu tacitus accedat, aut speciatim tale argumentum in quaestione veniat, in quo certi iuris est, solum electorum consensum sufficere nouo iuri introducendo.

\* I. Nouissimum idque notatu haud indignum *interpretationis in ipsa capitulatione factae exemplum* exstat in FRANCISCI I. imp. CAPITVL. art. 17. §. 8., quae R. I. N. §. 130. ita interpretatur, ut soli Moguntino antiquiorum revisionum prosecutionem indicatam esse sufficiat.

\* II. Ceterum quomodo *insinuari* camerae debeat capitulatio, & quid de huius in illa vi & efficacitate statuatur, ex iis fusius adaptet, quae notauit LIMNAEVS ad capit. Ferd. III. art. 30. n. 4. fo. p. 722. fo. & quae ipsa camera, occasione causae cuiusdam Palatinae telonium conceruentis, d. 22. Febr. (3. Mart.) 1660. caesari scriptis in mintissa II. ad RODING. pandect. cam. (edit. nouiss.) p. 907, deinde quae in ipso hoc opere lib. 1. tit. 1. §. 9. p. 3. Rodingio adiecit LEVBELFING, & quae porro addit DECKHERR ad Blum. tit. 2. p. 19.

### §. 62.

*vel consensu collegiorum plane inter tria imperii collegia, aut inter ambo corpora euangelicorum & catholicorum per modum conclusi vel conuentionis statuta sunt, dubius verborum sensus interpretationem authenticam efflagitat; similiter non alii, quam iidem illi pristinae legis vel conuentionis auctores eam suscipere queunt, & frustraneum profecto foret, si vel imperator vel alterutrum supremum tribunal sensum talis conuen-*

ventionis, aut quae alias tria imperii collegia, seu duo corpora inter se disputant, definire vellent (§. 56. sq.).

## §. 63.

Quid vero si vel *exteri* in condenda lege, de cuius interpretatione agitur, olim concurrissent? Tunc omnino, si eorum simul ius vel obligatio in quaestione venit, nec eorum consensus neglegi poterit. Sin accessorie tantum ad firmando ea concurrerunt, quae a caesare statibusque inter se inuicem principaliter statuta sunt; hi modo inter se de declaranda & vel mutanda conuentione de nouo conueniant, consensu exterorum haud opus est, quorum ius dumtaxat eo tendit, vt ne violentur, in domesticis etiam caesaris statuumque negotiis, ab una parte inuita altera, quae inuicem sibi promiserant, intercedente exterorum sponsione, non ut immutabilia illa sint, nisi expresse hoc additum fuerit.

\* Sic, credimus, iuste statui poterit de quaestionebus, quae circa interpretationem pacis Westphalicae, Ryswicensis, Badensis cet. enasci queant. Et sic intelligenda erunt, quae iam ab aliis hac de re in medium prolatæ (a).

(a) In voto e. g. Palatino, cuius iam priora verba protulimus (§. 60. b.), ita pergitur: "Wege des instrumenti pacis aber, nachdem selbiges nicht nur vom Kaiser und Churfürsten und Ständen des Reichs, sondern auch den auswärtigen Potentaten verglichen und aufgerichtet worden, folglich auch ex eodem fundamento, daß, welche solches gemacht, denselben auch in passibus ambiguis die Declaration ihrer Intention zuformen und gebühre". Mosers Anmerk. zur Wahlcap. Car. VII. part. 2. p. 95. HENNINGES in medit. ad capit. Iof. art. 2. p. 54. not. k. rem ita enucleat: "Interpretatio sc. authentica I. P. pertinet ad Imp. & imperium coniunctum per I. P. art. 5. § 50. in rebus nempe iura interna imperii concernentibus; in reliquis vero ad Galliae aut Sueviae regnum simul spectantibus borum quoque pacientium rationes audiendae sunt". Conf. quoque HOFFMANN. de rat. interpr. leg. imp. cap. 5. §. 5. p. 61. & ECKHARD bermeneut. iur. lib. 2. cap. 2. §. 98. p. 401. sq.

## §. 64.

Sed quid interea, donec interpretatio authentica fiat, d) Quid interim juris, agendum erit augustis iudiciis? quid iis, qui in iure suo per- donec fiat sequendo versantur? quid si vix & ne vix quidem spem con- interpr. au- conci- thentica?

cipere liceat fore vñquam vt componantur ab iis, quorum  
interest, de sensu legum lites? Certe haud parum praeiudi-  
cii pro celeritate, qua iustitiam administrari fas erat, inde  
nasci posse, quis quaeso non perspicet? At fieri tamen a-  
liter in hac rerum nostrarum conditione nequit. Et gau-  
dendum, non tam frequenter, si quidem iusti obseruantur  
limites, existere istum casum, nec vtplurimum iacturam  
hoc fato pati, quam qui noua quaerit. Nam hoc solum  
natura rei poscit, vt, quamdiu interpretationem authenticum  
causa exspectat, nihil interim agendum, adeoque *in pristino*  
*statu relinquenda omnia* sint.

\* I. Fac e. g. iudicium aduersus statum imperii ad euertendas  
eius postas territoriales in fauorem imperialium intendi. Id sane,  
nisi decidatur quaestio inter caesarem & corpus statuum controuer-  
sa, exque interpretationem authenticam exspectans, iure nullo mo-  
do fieri potest (§. 54. \*). Quid ergo? Exspectetur prius ista au-  
thenticula interpretatio. Remittatur ad illam, si quis est, actor.  
Et maneat interim quieta postarum territorialium possessio. Sic ius-  
que fasque!

\* II. Fac porro principem inuitis subditis obtrudere velle *simulta-*  
*neum* alias religionis exercitum, vbi tempore anni decretorii id non  
fuit; Fac principem catholicum sibi sumere *iurisdictionem ecclesiastici*-  
cam aliaque sacrorum iura in subditos euangelicos; Fac, vel in quaes-  
tionem venire in summis tribunalibus exercendam iurisdictionem in  
caussis euangelicorum ecclesiasticis. In singulis hisce casibus non de-  
rerunt forte, qui interpretari admittentur pacem Westphalicam, vt  
non minus simultaneo, quam iurisdictioni illi ecclesiasticae locus sit.  
Sed sufficit, corpus euangelicorum, nec certe sine manifesto iustissi-  
marum rationum pondere, hic in aliam abire ac dudum abiisse sen-  
tentiam. De hac diuersa vtriusque corporis opinione nulli tribunali  
ius cognoscendi est. Ergo maneat status rerum pristinus, donec  
amicabilis compositio olim aliquando lites istas diremerit. Nec ini-  
quius quidquam cogitari poterat, quam, si non exspectata ista com-  
positione, summa tribunalia tueri simultaneum, a iaque id genus iu-  
ra, manifeste noua pristinumque statum immutantia, sua auctoritate  
suf-

suffulcire, & summum adeo gradum interpretationis authenticae si-  
bi sumere vellent (a).

(a) Optime sic statuit LUDOLF obseruat. forens. part. 3. obs. 275.  
p. 194, vbi de ipso simultaneo agit, aiens: "Quodsi, v. nonnumquam as-  
seritur, obscuraria essent verba legis imperii & interpretationem postula-  
rent; tunc certe ipsa ratio dictaret, quod nemo in tenebris progredi, &  
in dubio innovations suscipere, sed potius decisionem ab imperatore & im-  
perio expectare debeant, antequam noua facta attinet. statimque pristinum  
mutet". Idem quoque ratiocinium probat auctor der Vertheidigung des  
modi procedendi in caussis restitutionum ex I. P. W. in der Sammlung eini-  
ger Schriften von der Selbsthülfe ic. (Leipz. 1756.) p. 6., vbi inter-alta:  
"Wenn kein Richter vorhanden, der die zwischen den Regenten und denen an  
der Regierung Theil habenden Ständen eines Reichs über den Verstand der  
Grundgesetze entstehende Zwischenfälle zu entscheiden berechtigt ist, so läßt  
man es nicht leicht zu Extremitäten kommen, sondern folgt die Regel: in  
dubio melior est ratio prohibentis; und alsdenn bleibt die Sache in dem  
Stande, worinn sie sich vor erhöhenem Streit befunden. Solchergestalt wird  
in Deutschland auf Reichstagen noch hentiges Tages in weltlichen Sachen ver-  
fahren, und nichts ist billiger auch gemeinmäßlicher, als daß es gleichfalls in  
Religions-Sachen geschehe".

\* III. Quid vero, si in iis, quae pax Westphalica clare disposuit,  
dubium qualemque mouere velit altera pars freta spe fore, vt re-  
missio ad authenticam interpretationem sit eadem ac ad calendas Grae-  
cas, & vt turbare interim statum pace Westphalica stabilitum impu-  
ne licet? Sic sane si singulus modo unus alterius litigator lucem tene-  
bris obscurare studuerit, ne adeat quidem necessitas remissionis ad  
interpretationem authenticam (§. 47. sq.). Sin uniuersum alterum  
corpus fulcire voluerit dubitationem eiusmodi contra claritatem ver-  
borum motam; meminisse oportet, ipsam pacem Westphalicam (art.  
17. §. 5. 6.) vele, vt, si de eius violatione vel amicabili composi-  
tione vel juris disceptatione agatur, verumtamen neutro horum mo-  
dorum intra spatum trium annorum terminetur controversia, tenean-  
tur omnes & singuli huius transactionis confortes, iunctis cum parte  
laeti consilio viribusque arma sumere ad repellendam iniuriam, a  
passo moniti, quod nec amicitiae nec iuriis via locum inuenierit (a).

(a) Scriven Nebenst. 3. Th. 15. Abb. §. 10. p. 262. sq.: "Wenn  
man nicht weiter kommen kann; so wird eingewandt, es sey gleichwohl zweifelhaft ob und wieso einem katholischen Landesherren die iurisdicition ecclesiastica über seine evangelische Untertanen zustehe? Die Entscheidung dieser  
Frage hängt von der Auslegung des Westphälischen Friedens ab. Solche  
dürften sich die Reichsgerichte nicht unterziehen, sondern sie sey vom gesamten  
Reichsrecht, welche die Friedensverträge mit dem Kaiser abgeschlossen  
haben, abhängig".

ten Reich zu begehrn. Ein jeder über den Verstand der Reichsgesetze erregter Zweifel mag aber deren Errichtung nicht verhindern. Derjelben interpretation doctinalis steht den höchsten Reichsgerichten allerdings zu, und die authentica findet nur Platz, davon man auf andere Weise den Verstand des Gesetzes nicht ausfindig machen kann. Hier fehlt es an den dazu erforderlichen subsidiis keinesweges. Wäre eine Unfehlbarkeit des Weimarschen Friedensschlusses obhanden, so sollte man billig alles in statu quo lassen, bis sie vom Reich gehoben worden, nicht aber die Consistorial-Rechte der Evangelischen Untertanen eigenrichterlicher Weise wider das Herkommen schmähen, da es annoch unausgemacht ist, daß solches ohne Ungerechtigkeit geschehen kann. -- Wenn man sich diejenigen glimpflichen Weg nicht gefallen läßt, sondern eigenmächtia versahret, so wird dem andern Theil Anlaß gegeben, ein gleiches zu thun, als welcher vermidig instrum. pacis art. XVII. §. 16. nicht schuldig ist, ultra triennium auf die interpretationem imperii zu warten. Was für Unheil aus solchem Verfahren nothwendig entstehen muß, und wie verderblich es sowohl den Catholischen als Evangelischen Reichständen ist, begreift ein jeder leichtlich, der erweget, daß dergleichen innerliche Trennungen das gemeine Band nothwendig auflösen müssen, ohne welches die mehre, besonders aber die geistliche und schwächere weltliche Reichstände sich bei der bisher genossenen Freyheit, und ihren herrlichen Vorrechten nicht erhalten könnten, sondern Fremden zum Raub werden müßten". Compara quoque eiusdem exequitissimi operis part. 4. p. 324., item die Satzung von der Selbsthülfe p. 380. not. 11., & scriptum, quod nuper prodit sub titulo: Entdeckte Verdrehung des Westphäl. Tr. art. 5. §. 31. u. art. 17. §. 4-7. (Offf. u. Leipz. 1758.) p. 37. §. 20.

## §. 65.

e) Quis effe-  
ctus 1) inter-  
pr. authent.

Qualitercumque autem rite ac legitime facta interpre-  
tatio authentica vim nouae legis habet, adeoque non solum singulis partibus, quarum disceptatio forte ansam illi interpre-  
tationi praebuit, sed ipsis imperii iudiciis, cunctisque imperii ciuibus, atque omnibus adeo futuris litigantibus nouam legem dat, tam diu valitaram, donec alia forte lege iterum aliud quidpiam statuatur.

## §. 66.

semper qui-  
dem obser-  
vand.e à  
mis trib.

Quamprimum itaque qualiscumque eiusmodi authen-  
tica interpretatio rite peracta ac promulgata fuit; eo ipso  
sistitur omnis iudiciorum imperii interpretatio alia, quam au-  
thenticae illi conformis, adeo, vt si vel maxime contra-  
riam hoc usque, nec sine rationibus defendissent interpre-  
tationem, hanc mittere, illam sequi debeant. \*1. Pro

\* I. Pro maiore securitate & ex nouiori obseruantia novae quae libet leges imperii speciatim supremis tribunalibus *insinuari* solent, quod proinde & in iis legibus, quae interpretationem aliarum authenticam continent, si non necessarium, certe consultius solum est. *BODING* pandet. *cam.* lib. 1. tit. 1. §. 8. sq. p. 2. sq. *DECKHERR* ad *Blum.* cit. 2. p. 18. sq.

\* II. Ceterum qui fieri posse, ut authentica interpretatio vel *ad praeterita* quoque trahatur, & in causis pendentibus effectum habeat, adeo ut deferenda sit alia, quam adhuc forte adoptauerat tribunal, de sensu legis opinio; in primis illustrari potest exemplo *causae* cuiusdam *Satnensis*, cui ob neglectam olim prosecutionem in camera indicandam, desertionem iam nunciauerat iudicium camerale, sed remedium tulus passus capitulationis nouissimae, quem supra allegauimus (§. 61. l.). Conf. *Mosers Einleitung zu den neuesten Staats-Angelegenheiten* p. 280. sq.

## §. 67.

At quis demum ei legum imperii *interpretationi*, quae vel iure meritoque ab ipsis supremis iudiciis fit, tribuendus effectus erit? Quae quidem ab authentica longe in eo differt, vt non obtineat vim ipsius legis, nec adeo in posterrum normam efficiat, nisi quatenus per indirectum haec praeiudiciorum vis solet esse (§. 23.), & quatenus speciatim in camera accidente pleni senatus adprobatione id fieri potest (§. 32.). Attamen *inter ipsas partes* litigantes in ea causa, in qua ex certa quadam legis interpretatione iudicatum est, ea *ius efficit*, vti omnis rei iudicatae hic effectus est.

## §. 68.

Fac ergo, vel erroneam minusne probabilem esse, quam sumnum tribunal sequitur, dubiae legis interpretationem. Aequa res comparata erit, ac si ex alio fonte erronea, iniqua, iniusta sententia profluxerit. Nimirum, si in suprema eaque omnium ultima instantia id contingit, quod per imbecillitatem rerum humanarum prorsus impediri posse nemo tuebitur, tunc nil solatii supereft, quam iustum quoque

66 CAP. II. DE IVRE ET OFFICIO SVMMOR. TRIE.

que haud raro in hoc mundo pati & succumbere, ipsiusque tamen reipublicae interest, vni alteriue summum ius potius summagm iniuriam esse, quam vt litium ynnierse finis non detur, id quod fieri debebat, nisi semel in iudicato supremi iudicis adquiesci deberet.

nisi adhibe-  
antur reme-  
dia restit. vel  
reuiſ.

Si qua tamen adhuc *remedia* dantur, quibus grauatis impugnare sententiam licet, iis & hi, qui iniqua interpretatione se laefos aiunt, vrantur. Adeoque ope *restitutionis in integrum*, si qua nouiter reperta documenta & argumenta in promtu sunt, sive *reuiſione*, si solis ex aetis prioribus aliter iudicandum videbitur, vel in supremis imperii nostri tribunalibus contra iniquam legum interpretationem remedium quaeri, & legibus & praxi cuiilibet permisum est.

Recurſus ad  
comitia indi-  
ſtincte non  
admitten-  
dus;

Sed pro ea, quae est horum remediorum aut arcta circumscriptio, aut in exitu difficultas, nonne aliud, quod iam satis diu frequenterque inualuit, *recurſus ad comitia* medium in hoc vel maxime casu adhiberi poterit? Per ea fane, quae hue vsque in praxi huius rei obseruare licuit, circa omnem omnino controuersiam poterit. Quodsi vero omnem & qualemcumque legum imperii interpretationem a summis tribunalibus factam recursui ad comitia viam parare statuere velles; certe iusto ampliorem huic campum aperires, nec sine summo rei iudiciaiae imperii detrimento, si vel iustissima satis saltem probabilis legum Interpretatio a tribunali limites potestatis suae haud egresso facta efficacitate facillimo praetextu sic destitui posset. Quia in re quum expressae de iustis recursuum limitibus nondum leges latae sint, hoc vnicum solamini summis tribunalibus potest esse, vt, quam facilis adpareat primus in comitia introitus, tam difficillimum vestigia recurrentium doceant exitum.

stuporēt, hanc mutare. Nam legū debet.

§. 71.

## §. 71.

*At si tamen fingeres, a supremo quodam imperii iudicio non solum minus probabilem, sed vel manifesto errore, ipsisque verbis mentique legis contrariam interpretationem adoptari; iustissimus erit a summo iudice ad summum legislatorem recursus pro tuendo vero legis sensu, quae ne sic infringatur, sine singularum caussarum cognitione adeoque sine interpellatione in ipsa re iudicaria caue-re potest legislator. Et sic quo minus probabilis a iudice legi sensus adsingitur, & quo clarius verior legis sensus in oculos incurrit, eo iustior aequior erit recursus.*

\* Difficile remur exempla colligere, quibus interpretationem claro legis sensui verbisque contrariam iudicando statuerint supra-tribunalia. Attamen scibui vñquam, certe hic ad sensus denegari haud poterit HENNIGESIO in medit. ad I. P. art. 8. §. 2. tom. 1. p. 818. sq. inuehenti in ANDLERVM defendantem, verbis pacis Westphalicae (art. 5. §. 51.: "Vbi extraordinariis", inquietis, "commissionibus negotia in imperio expedienda occurruunt, si res inter "A. C. status versatur, soli eidem religione addicti deputentur") non obstantibus, iure id fieri, vt in tali casu non soli eidem religione additi, sed vel soli catholici deputentur.

## §. 72.

Sin plane contigerit, vt ne intra limites quidem supra descriptos vel plane in se contineat vnum alterumue tribunal, sed vel talem legum interpretationem sibi sumat, in qua de diffensu ipsius caesaris & statuum, fiat iudicis horumue trium collegiorum amborum corporum aut circulorum non competens, inter se inuicem constat; tunc sane, si quis vñquam, *recursus omnium iustissimus* est, nec tam difficile in tali casu erit, auxilium ea mente obtunere, vt impediatur supremum tribunal, quo minus falec sic in alienam messem immittat. Nec vel ad comitia solum, sed pro rei cuiusque circumstantiis ad singula quoque imperii collegia, ad corpus euangelicorum, & vel ad circulos, pro ferendo auxilio tunc recursus recte instituitur.

## I 2

## §. 73.

## §. 73.

& eatenus  
quoque in  
dubius iuris  
quaestioni-  
bus.


Quae quum ita sint, haud difficile quoque definitu erit, quid sentiendum sit de opinione iam saepius in actis publicis prolatâ, recursum ad comitia non admittendum esse, si de quaestione iuris agatur, quae in utramque partem disputari possent? Omnino enim, si in quaestione iuris controversa, & vel in dubio legis imperii sensu, solum inter eos, qui in foro supremo litigant, disputato a supermis tribunalibus certi quid in casu eveniente statuitur, iniqua foret recursus admissio. Quidam tamen sub praetextu eiusmodi, quod dubia quaestio iuris recursum haud admittat, summum tribunal sensu legum manifesto contrariam interpretationem statuere, aut iterum de ea inter eos natam, quorum controversiae non sunt huius fori, decidere vellet; plane contrarium fore statuendum existimamus, & vel ideo admittendum recursum, quod dubia quaestio iuris aut fingeretur, ubi non est, aut decideretur, quam decidendi non erat potestas penes summa tribunalia.

## §. 74.

Optanda  
nova lex rem  
ecuratius de-  
finiens.

Multae, speramus, haud nullius momenti quaestiones sic pro veritate, aequitate & iustitia definiri poterunt. Nec dissimulamus quidem, non omnia, quae hic protulimus, expressis legum verbis grauique doctorum auctoritate suffulciri posse. Sed argumentis ex ipsa rei indole legumque analogia repetitis quidni eadem tribuantur conuincendi efficacitas, quae, si leges taceant, ipsi legum, ne dicam, ICtorum auctoritat? Haud impium vero desiderium forsitan erit, si quis optauerit, vt noua lege aliquando certioribus res tam ardua circumscribatur limitibus.

\* Exemplo etiam haec res inseruit, quam late pateat *difficultas normarum iuris publici generatium*, de qua alibi PRAESES. Ex iis, quae quodammodo conueniunt cum nostra sententia, coronidis & spicilegii loco adhuc allegari merentur, quae ample disquirit HENNIGES de bonis eccles. eorumque ex alieno territorio debitis redditibus (Francof. 1687.) cap. 2. in medie. ad pac. Westph. tom. 2. p. 1872. sq., & quae in scripto olim a catholicis emissio reperiuntur apud LONDORP. act. publ. tom. 3. p. 490.



DR

ULB Halle  
001 549 545

3



sb







Pub. 19. num. 15. 9

**DISSE**  
**TATIO IN AVGVRALIS**  
**DE**  
**IVRE ET OFFICIO** 1758, 8  
**SVMMORVM IMPERII TRIBVNALIVM**  
**CIRCA**  
**INTERPRETATIONEM**  
**LEGVM IMPERII.**

QVAM  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
 POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
 DOMINO  
**G E O R G I O III.**  
MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
 FIDEI DEFENSORE  
 DVCE BRVN SVICENSI ET LVNERVRGensi  
 S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI  
 PRAESIDE  
**IOANNE STEPHANO PÜTTERO**  
I. V. D. ET PROFESSORE IVRIS PUBLICI ORDINARIO  
 PRO LICENTIA SVMMOS IVRIVM HONORES CAPESSENDI  
 PUBLICAЕ DISQVISITIONI SVBMITTIT

**GEORGIVS WILHELMVS STOCK**

BRAVN FELSA - SOLMSSENSIS,

D. XIV. OCT. CCLXCVIII.

GOETTINGAE TYPIS HAGERIANIS.

